

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Exercitatio Historico-Theologica De Religionis Evangelicae In Avgvstana Confessione, Dvobvs Abhinc  
Secvlis Imperatori Carolo Vto Exhibita, Solstitio**

**Sectio Posterior, Capvt II : De Insigni Avgvstanæ Confessionis Inter Protestantes  
Avctoritate**

Kiliae: Litteris Vidvae Nicolai Lüderi, [1731?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861922220>

Band (Druck)

Freier



Zugang





86

- Hydrogr. S. 4 Praktischen  
36.

Fa - 1092(88)



23.

2

DFG

**EXERCITATIONIS HISTORICO-  
THEOLOGICAE  
SECTIO POSTERIOR,**

**CAPVT II.**

**DE INSIGNI AVGVSTANAЕ  
CONFESSIOНIS INTER PROTESTAN-  
TES AVCTORITATE.**

**ΣΥΝΟΨΙΣ.**

Ordinis et instituti ratio; §. I.  
Quid sit autoritatem habere,  
generatim inquiritur; §. II.

An omnino etiam aliis, praeter sa-  
ceras litteras, Deozyvusia tri-  
buenda; §. III.

Ad autoritatem alicui scripto con-  
ciliandam, requisita; §. IV.

Illiis, quae Confessio A. competit,  
definitio; §. V.

Auctoritas Augustanae Conf. virum  
directiuа tantum; an vero defi-  
nitiuа quoque conueniat; §. VI.

Genuina eam interpretandi indo-  
les; §. VII.

non multas obotti

Symbolorum necessitas, et ad eoram  
formulas obligatio; §. VIII.

Quocacto Confessio A. a suis dome-  
sticis aduersariis impugnata;  
§. IX.

Eorum nonnulli indicantur; §. X.

Contra recentiorum insultus vindi-  
catur; §. XI.

Paroramata aliquot eidem im-  
pa-  
ga, designantur, et strictime  
diluuntur; §. XII.

Augustanae Conf. cum ei adnexis  
scriptis symbolicis, insigne pre-  
tium. §. XIII.

**§. I.**

32

## §. I.

**E**xpendimus Augustanae Confessionis hactenus occasionem, & fata, praesertim quibus cum conflictabatur apud exterorū; reliquum est ergo, ut etiam in auctoritatem eius, quam quidem inter status euangelicos obtinuit, amoto procul omni partium studio, inquiramus. Tametsi enim non desuerunt viri in ecclesia nostra longe praestantissimi, qui hoc quoque argumentum egregie illustrauerunt; tamen, quod diffiteri non possumus, tanta id nonnulli fecerunt cum contentione, ut, quum odio, suisue nonnihil litarent adfectibus, rem ipsam per se claram, euidentemque, et certam, incertam fere redderent, atque obscurarent magis. Quin immo nec desunt, qui quum pro dignitate Augustanae Conf. et libris ecclesiae symbolicis agere videri vellent, eos itidem, qui id alioqui vix vñquam facturi fuissent, aduersa capessere arma coegerunt, et talia paullo post quaerere, quae facile nitorū symbolorum possent inducere offusias. Igitur aduersus istos quoque, pari fide et dexteritate nunc iam adserenda est aequa Augustanae Confessionis auctoritas.

## §. II.

Solet scriptis quidem plerisque, quae adsensum plurium, pariterque adprobationem merentur, tribui quaedam auctoritas; maxime autem eam sibi vindicant, quae nomine et iussu supremi rerum domini in publico comparcent. Neque scripta tantum, verum etiam viros, in re-publica, maximis gratisimisque causis cognitos, pollere auctoritate dicimus. Facileque ex ipso loquendi vsu intellegitur, qualē tum in se eminentiam eiusmodi inuoluat auctoritas; quippe quae ex eo aestimatur, quod, cui is honor atque veneratio obtingit, dignus fide, pariterque adsensu aliorum habeatur. Atque tum relative spectari auctoritatem, res ipsa palam facit. Namque absolute considerata, designat dignitatem, secundum quam auctor aliquis, aut saltem scriptum dictumue eius, adsensum non modo

modo non commeretur, sed suo veluti iure postulat. Vtque, quae dicimus, planiora fiant omnia, alia *humana*, *divina* alia exsistit auctoritas. Priorem iam exemplis sigillatim illustrauimus; de posteriori itaque, quia ab aliis in hoc argumento summa animorum contentione vrgetur, illud duntaxat praemonendum putauimus, quod, secundum receptum loquendi modum, vere proprieque sic dicta diuina auctoritas eiusmodi inuoluat inspirationem, quae immediate a Deo profecta est, et ab hoc vnice sigillatimque dependet. Quocirca, qualis confessioni nostrae iure meritoque tribui queat auctoritas, ex infra dicendis dilucide adparebit.

## §. III.

Hoc sane, qui symbolorum, ac speciatim confessionis Augustanae *Deotrevias* adserunt, contendunt, illam magis ex materia, quippe nobiliore parte, quam forma externa, & proponendi modo, aestimandam esse. Ac neque prorsus suae sententiae rationibus destituuntur; namque fidei dogmata, quae in eadem proponuntur, immediate fluunt ex sacris litteris, adeoque ipsissima effata diuina sunt: & conditores illius, per diligentem scripturae sacrae meditationem, Spiritusque sancti adstantiam, ita sunt gubernati, vt in proponenda, et vindicanda veritate nulli prorsus errauerint (\*). Quodsi ita est, sequitur necessario, sym-

I z      b o l a

(\*) Haec sunt fere, quibus pugnatur contra dissentientes. Reliqua enim leuiora sunt, et vix digna, quae in censum aliorum veniant, tantum abest, vt iis quisquam conuinci queat aduersarius. Adducenda tamen isthaec erant, ne ea prorsus negligere, aut adsperrnari videremur. Habent enim suos patronos, non incelebres, quorum praecipui sunt Theologi Vitembergenses contra SPENERVM, adserentes: *Wir gläuben, bekennen, und lebren, dass die symbolische Bücher seyn Gottes Kirchen-bücher. Indem nun Goet seiner Kirchen den heiligen Geist, und sein unfehlbares Wort versprochen, diese Bücher auch aus der heiligen Schrift, und dem reinen Worte Gottes, bergenommen, so seyn es wahrhaftige, nicht zwar unmittelbare Regel, und Schnur-Bücher, Psal.*

XLX,5.

34

bola ecclesiae non esse scripta mere humana, sed etiam quoad rem, vel dogmata, quae in iis continentur, omnino diuina et merito dici posse. Quemadmodum id docent, praeter theologos Vitembergenses: IOANNES FECHTIVS, in *enodatione quaestione*, *utrum libri symbolici vere an aequiuoce dicantur diuini?* pag. 16. seqq. SAM. SCHELGVITIUS,

XIX, 5. sondern Gottes mittelbare Kirchen-Bücher, und nicht bloß dahin menschliche Schriften. Item, wir glauben, bekennen, und lehren, dass zwar die autores librorum symbolorum haben irren und fehlen können, so ferne sie Menschen gewesen, welches auch von Propheten und Aposteln, gesaget werden mus, aber in dem sie durch Beystand des heiligen Geistes, ihre symbolische Schriften, ex scripturis sanctis, & puro Dei verbo, nach Aug. Conf. prafat. hergenommen, so haben sie darinnen nicht irren können, weil das Wort Gottes die Wahrheit selbst ist. Vid. In der Christ-Lutherischen Vorstellung articulo praeliminari V. thesi. III. et IV. Verum ut audiatur et altera pars, excitanda sunt itidem, quae SPENERVS hanc in rem idonee satis adulit. Quid enim? Es hat, ait ille, Gott seiner Kirchen sein unfehlbares Wort nicht nur versprochen, sondern wirklich gegeben: Er hat ihr auch seinen heiligen Geist versprochen, und gibt ihn gleichfalls. Aber dessen Beystand, wie ihn die sichtbare Kirche hat, bringt nicht mit sich, dass sie nicht aus dessen Hindansetzung und Schuld ihrer Lehrer etwas irriges, wo wir reden von einer particular-Kirche, auch im grund lehren, von der gesamten aber in solchen, die die Seligkeit nicht aufheben, lehren, annehmen, oder abfassen könnten: als welche infallibilität unsere Lehrer mit gutem Fug gegen das Pabstthum der Kirchen absprechen... Daher gründet sich die Richtigkeit und Wahrheit unsrer symbolischen Bücher nicht auf den der Kirchen von Gott gethanen Verpruch, sondern auf die wirkliche Vereinstimmung derselben mit dem göttlichen Wort, aus dem sie gezogen sind: daher sie fort und fort der Prüfung eines ieglichen aus dem Wort selbs unterworffen bleiben. Et paulo post ad positionem IV. = Es ist von den Verfassern

GIVS, in synopsi controversiarum Art. V. quaest. IV. PHILIPP.  
 LUDOVICVS HANNEKENIVS, de vera A. C. aestimatione,  
 quaest. VI. praeliminari. Neque hoc adeo nouum est, symbo-  
 la Geonvverus laude cohonestari; siquidem iste mos in ec-  
 clesia semper viguit, ut quo quisque foret religiosior, eo  
 maiori pretio publicas fidei formulas haberet. Exemplis  
 istiusmodi plena sunt omnia. Sed ne longum fiat, vnum  
 aliquod, et hoc a prisca potissimum aetate sumemus. Et  
 enim Episcopi in concilio Chalcedonenensi congregati ni-  
 caeni symboli auctores, locutos fuisse, motos a spiritu san-  
 ctō profitentur. Ipsum autem symbolum orthodoxis synodi  
 Ariminensis patribus ad Imperatorem CONSTANTIVM  
 audit Confessio ecclesiae catholica, diuina, invariabilis; quin  
 immo Spiritus sancti opus, in Athanasii OO. tom. I. Et ISI-  
 DORVS PELVSIOTA, quum in eiusdem synodi mentio-  
 nem

I 3

fern der symbolischen Bücher nicht allein wahr, dass sie haben  
 irren und fehlen können, so fern sie Menschen gewesen sind, . . .  
 sondern es kan auch kein absonderlicher Beystand des heiligen  
 Geistes von ihnen erwiesen werden, dadurch sie in Abfassung  
 ihrer Schriften notwendig alles Irrthums hätten müssen be-  
 freyet seyn, und nicht irren können, als welcher Beystand sie  
 den unmittelbar erleuchteten Männern gleich mache, da-  
 von sie allzuweit entfernet bleiben, und also erkannt werden  
 müssen. Hingegen iſt genug, dass wir der Güte des himm-  
 lichen Vaters zu danken haben, dass er sie gleichwohl also  
 regiert, dass sie nicht wirklich in den Glaubens-Lehren  
 selbst geirret haben: welches wir eben so wohl auch bey andern  
 christlicher Leute Büchern und Predigten antreffen werden, die  
 auch ohne Glaubens-Irrthum sind. Daher die symbolische  
 Bücher vor denselben keinen andern Vorzug, als der kirchli-  
 chen autorität haben; in der aufrichtigen übereinstimmung  
 mit der Augsp. Confession, pag. 69. seq. Ex quibus patet, SPE-  
 NERVM satis honorifice de libris symbolicis sensisse, quin non fo-  
 rum puritatem iis doctrinae, sed etiam ratione auctoritatis ecclesia-  
 sticae praerogatiuam p̄ae reliquis theologorum scriptis omnino  
 tribuat.

23.

2

4

34

nem incideret, scribit; εἰςαντί θεοφένεια τάλυθες  
εὐρυμάτιστεν, lib. IV. epist. IC. idemque de apostolico, quod  
dicitur, usurpat RVFFINVS, in eius expositione; Quin et  
idem patres sensisse de Athanasiano, testantur constitutio-  
nes conciliorum, CHALCEDONENSIS praesertim et TO-  
LETANI IV. Verum diuina sint illa licet, ac θεοφένεια  
εὐρυμάτιστα, ab oecumenicis tamen symbolis et vniuersali-  
bus illis, ad particularia, qualia sunt nostra, argumenta-  
ri, valde vereor, ut sufficiens sit et firma satis probatio.  
Namque, verbis utar HVTTERI, longe maiorem autoritatem  
obtinent ea symbola, quae vnamini totius catholicae ecclesiae, con-  
sensu sunt approbata, quam quae paucorum quarundam particula-  
rium ecclesiarum iudicio et aplausu sunt recepta. Licet in eo con-  
veniant singula, quod a scripturis sacris magno differentiae gradu  
sunt discernenda; in compendio theologico, lib. I. quaest. XV. Nec  
reticenda sunt ea, quae grauissimus ille Theologus digne  
aperteque Irenici sui vere Christiani Cap. XXIX. in Exam.  
Responsi. Pareanae ad motiu. II. ita commonuit: Non igno-  
ramus maximam esse diversitatem inter Symbola illa oecumenica,  
Apost. Nic. Athan. & inter Confess. Aug. & hanc ad illum autoritatis  
gradum minime adspirare. Rursus: Particularium Ecclesiarum  
scripta & Confessiones Oecumenicis illis totius Ecclesiae Catholicae  
Consensu approbatis scriptis et confessionibus autoritatis gradu longe  
sunt inferiores. Nec multo post speciatim de A. C. ingenue  
adfirmat; Symbolis illis tribus Oecumenicis ratione autoritatis  
conferendam non esse. Quorsum et illa pertinent in Concor-  
dia Concorde Cap. XI. p. 343, Symbola illa antiquiora, quippe  
totius Catholicae Ecclesiae calculo approbata autoritate & certitudi-  
ne praestare posterioribus Scriptis Symbolicis. Eamque ob causam  
non aequi in proclui fuerit, ea usurpare de symbolis par-  
ticularibus, quae oecumenica illa, et vniuersalia forte mer-  
ri poterant. Quamuis et de istis, quod dudum obserua-  
runt viri doctissimi, potius ex affectu quodam, quam ve-  
re, & ex aequo iudicarint patres primitiuae ecclesiae.  
Equis enim neget magis in symbola quadrare illud iudi-  
cium, latum a conditoribus Formulae Concordiae; quippe  
eoiam tempore magis iudicabatur, ut qui

qui licet ea publice receperint & profiterentur, tantum tam  
en abest, ut *Geonvēstia* iis aliquam tribuerint, ut vni  
versa potius sacrī censuerint scripturis subiicienda esse.  
Ita enim: posito canone, secundum quem omnia dogma  
ta, omnesque doctores aestimari et iudicari oporteat, Pro  
pheticis nempe & Apostolicis scriptis cum Veteris tum No  
vi Testamenti; reliqua, inquit, sue patrum, sue neoterico  
rum scripta, quocumque veniant nomine, sacris litteris nequaquam  
sunt aequiparanda, sed vniuersa illis ita subiicienda sunt; ut alia  
ratione non recipiantur, nisi testium loco, in epitome articulorum,  
p. 570. seq. Ad ea vero, quae ab influxu scripturarum, &  
Spiritus sancti adstantia, et directione pro *Geonvēstia* sym  
bolorum adserenda, petuntur, satis caute ac solide responsum  
esse putem a B. D. PHILIPPO IACOBO SPENERO, quem  
& ea de causa paulo prolixius excitauius. Et sane inu  
tile haud erit, si ex adducto libro, *Vereinstimmung mit*  
*der A. C.* tantummodo addantur ista, quae hanc in rem ad  
propos. I. §. 2. p. 67. imati iūicīi Theologus luculente pra  
missit. (\*) Equidem nouimus a praestantissimis nostratis  
coetus

(\*) Sunt vero sequentia, quibus mentem de *Geonvēstia* Libr. Symb.  
gnauiter cumulateque explicat. Meine Klage geht dahin, daß man  
theils in praxi, theils auch in der Lehr, ihnen zu viel göttlicher Au  
torität beimesse. In der Lehr, wann sie einige, so noch erst Hr.  
D. HANNEKENIUS gehan, mit dem Titul *Geonvēstia*s oder von  
GOTT eingeben zu seyn, bechrem. Ich weiß zwar, daß mans  
*Geonvēstia* mediata in der Erklärung nennet. Es solle uns aber  
billig die Cherbietung, welche wir der eigentlichen göttlichen Schrift  
zu fragen schuldig sind, abhalten, daß wir das Wort, so der Heil.  
Geist derselben zueignet, 2. Tim. 3, v. 16, andern Schriften, sie seyn  
auch so gut sie wollen, nicht beylegen. Und was solle endlich die  
*Geonvēstia* mediata, oder mittelbare Eingebung seyn? entweder  
heißt sie allein so viel, daß die Sribenten durch den allgemeinen  
allen Glaubigen versprochenen Beistand des Heil. Geistes, da er auf  
herzliches Gebet dieselbe, wie sie es bedriffen, in alle Wahrheit füh  
ret, und wo sie sich seiner Leitung überlassen, in Seelen verderbliche  
Frrthümer nicht fallen lösset, solche Bücher verfasset haben? oder  
soll es heißen, daß sie solche Wertheiten, die sie bekennen, zwar  
auch aus der Heil. Schrift hergenommen hätten, aber dabei einer  
sonder-

23.

2

32

coetus & priscis & recentioribus Doctoribus hocce Θεοπνευστιας elogio Scripta Symbolica passim & subinde condecorari. Sufficiat GESNERVM (a) MYLIVM (b) HVTTERVM (c) praeterque hos (d) NEVMANNVM, SCHLEGIVM, (e) imo (f) HANNEKENIVM velut principem nominasse. Sed & hoc nouimus ea in re causaque hoc ipsum vocabulum Θεοπνευστια non nisi proprio laxiorique admodum significatu ab iisdem usurpari, idque ob insignem istam exactissimamque cum Scripturis Θεοπνευστοis consensionem. Quia enim, MYLII verba sunt, firmissimo Scripturarum fundamento solo Scriptum Aug. Confessionis totum nititur, Θεοπνευστο id appellare iure optimo possumus. Quid? quod GESNERVS,

sonderbaren Eingebung des Heil. Geistes in dem Schreiben genossen hätten? Wäre dieses letzte, so würden die Symbolische Bücher allerdings zu göttlichen Büchern gemacht, is doch hie wiedersprochen wird: und behielte ein grosses Theil der Schrifft keinen Vorzug vor den Symbolischen Büchern, indem nicht allein die Propheten den Grund ihrer Lehre auch aus Mose hergenommen, die Apostel aber, worauf sich Paulus sonderlich bernissen hat, Apostel-Gesch. 26, v. 22. nichts gelehret, außer was in Mose und den Propheten bezueget worden, da sie gleichwohl was sie schrieben, warhaftig vor ihre eigene Person aus göttlicher Einbildung gehabt! Also würden beiderseits Scribebten einander gleich. Bleibet aber bei dem ersten Verstande des Worts, so bestiehet derselbe in einem grossen Misbrauch des Worts, und gegen dessen allgemeinen Gebrauch in dem gemeinen Leben und in der Kirchen. Und haben in solchem Verstand alle Bücher göttlicher Lehrer, darinun sie nichts als die reine und heilige Lehre vortragen, also auch alle göttliche Predigten, in denen auch nichts als göttliche Warheiten vorkommen, dergleichen durch Gottes Gnade noch manche gehalten werden, auch diese Würde, daß man ihnen Θεοπνευστιas heiligen mag; Wie man aber insgmein nicht zu reden pflegt: aufs wenigste würden die Symbolischen Bücher abermahl davon wenig Vortheil haben.

- (a) Disput. I. pro libro Concordiae Cap. I. num. VIII.
- (b) Prolegomenis in Confess. Aug. Cap. I. pag. 2. b.
- (c) In analysi Aug. Conf. Disput. I. Cap. I. p. 6. Idemque Prolegomenis in libr. Concordiae Cap. I. p. 9. seqq.
- (d) In Theologia Aphoristica p. 105.
- (e) In Synopfi Articul. V. p. 53.
- (f) De vera Aug. Conf. aetimatione Quaeft. praeliminari V. p. 9. seqq. et in Declaratione Aug. Conf. Cap. praeliminari Histor. §. XI. & XII.

23.

2

4.

32

itemque HUTTERVS diserte simul ibidein profitentur; Augustanam Confessionem non voce diuina immediate esse editam, verbo tamen Dei abunde comprobata; nec alio sensu Θεοπνευστον, vel diuinitus inspiratam eamdem vocare, quam ut discrimen istud, quod Scripturis Sanctis, & scriptis Symbolicis sive ecclesiasticis inuicem intercedit, constanter diligentissimeque seruetur. Consultius itaque crediderim, & publice quoque interesse, ut Scripturae diuina illa dignitas aut Θεοπνευστia, vnde diuinam illam dignitatem honoremque in primis nanescitur, et per se fidem vnicet meretur, omni industria contentionequa conseruetur; cumque adeo magnum sit discrimen inter symbola, & scripturam sacram, ipsius auctoritatis quoque ratione, titulo tam excuso, nec facile in symbola quadrante, prorsus & omnino abstineatur; quin nec id Symbolicis scriptis adtribuatur, quod solae Canonicae Scripturae iure suo praecipuum ac facile proprium habent. Etsi enim diuina quadam tenus nuncupari illa possint, prouti quidem scriptores ea voce generatim indigitant, quidquid praet aliis videtur excultum; excellens, et praestans; quomodo res diuina (a), diuina mens (b), vis diuina (c), beneficium diuinum (d), et, quae plura eiusdem generis sunt, per uulgato sermone dicuntur; auctoritas tamen scripturae sacrae profecto non patitur, ut decus sibi soli adserendum, humana, etiam optimis, & exquisitissimis illis, vindicetur scriptis. Si quis vero voluerit confessionem nostram diuinam adpellare, eo sensu, quo vox haec excellentiam quamdam, et praestantiam, quodque in suo genere eminens est, inuoluit, non autem inspirationem, quae immediate a Deo proficiuntur, per nos licet quidem, neque adeo refragabimur, modo, ne voce proprie accepta, Θεοπνευστia latius, quam par est, extendatur. Neque enim singularis illa & neutiob

K quam

(a) A. HIRTIUS de bello Africano, cap. LXXXVI.

(b) CICERO de diuinatione, lib. I. pag. 105. edit. Sturmiana.

(c) Ibidem.

(d) In epistola ad TREBONIVM, lib. X. epist. XXVIII. &amp; ad PLAN-

CVM, lib. cit. epist. XIV.

quam inficianda prouidentia diuina, adſtentia & directio, ad veram & genuinam Θεοπνευſιαν euincendam ſufficit; quippe quae plura omnino complectitur, nec diuinam tan- tum ad ſcribendum excitationem; ſed & verborum & ſen- tentiarum ſuggestionem, & ſcribentium ab omni prorsus errore ac lapsu praeseruationem inuoluit; immo obiectum, ſive rem materiamque scripturarum non modo, ſed et ipſa verba et omnem loquendi modum, diuino argumento dignum, decorumque respicit. (a) Et nemo, opinor, am- biget & adſtentiam & directionem pari aequo iure cum ipſa, tum qua res, tum qua verba diuinioris Spiritus suggestione ne uitiam aeftimandam eſſe; (b) tum & omne iſtud, quod origine diuinum eſt, aut Deum quomodo cum que auctorem habet, diuinitus inspiratum re ipſa & idonee dici haud poſſe. Tutius itaque erit, ut incoſmodum eius- modi adſertum, vel praedicatum Θεοπνευſias, vel ideo pror- fufus omittatur, ne inde detrimenti aliquid in inaestimabi- lem Scripturae diuinitatem ac dignitatem redundet, nec aduersarii nostri Auguſt. Confessionem inique ac illiberaliter impugnandi occaſionem hinc ambabus amplectantur manibus. Nec videmus ſane, quomodo trita iſta apud Theologos paſſim inter immeſiatam & mediata- m, h. e. mediante Scriptura, diſtinctione diſſicultas omnis commo- de ſatis tolli conuellię poſſit. Talis ſiquidem Θεοπνευſis mediata vera Θεοπνευſia proprie curateque loquendo cen- ſenda haud eſt; aut ſi Θεοπνευſia eſt, certe ſcriptis etiam humanis ad vnum omnibus veritates diuinis & ex Scriptu- ra de promtas pure integreque complexis, jure omni ſolide- que co-competet. Atque haec cauſa eſt, quod ex Witteber-

gensi-

(a) Praeter alios conf. WERNSDORFFIVS in erudita diſſertatione de verbo Dei ſcripto §. XXVII. p. 20. seq.

(b) Ita B. FOERTSCHIVS in controverſiarum recentiorum nucleo p. 68.

*Adſtentia & directio non exhaustit Θεοπνευſιαν, quae inducat ſuggestionem conceptuum & verborum: adſten- tia, directio, non eſt ſuggestio, qui dirigit, corrigit, cauet, ne error oriatur, non statim inspirat, dictat.*

gensibus ipsis celeberrimus LÖSCHERVS hanc ἀνυγολογιαν  
in NEVMANNO & SCHELGVIGIO serio studioseque re-  
darguat ; (a) tum & CHLADENIVS re probe considerata  
*a titulo mediatae huius Θεοπνευστίας caute nobis temperandum esse,*  
prouide admodum iudicet. (b) Eamdem rationem Magnifi-  
cus Dominus Praeses init, dum nuperrime in acroasisbus  
de Controversiis circa libros Symbolicos nostratis Ecclesiae  
nouissimis, ab amico calamo exceptis mecumque commu-  
nicatis, de hoc ipso argumento solide euoluendo dijudican-  
doque ex professo egit , & quid caute prudenterque hic  
fentiendum fuse et copiose exposuit. Hincque notum te-  
statumque fecit , hanc ipsam litem inter Theologos eo no-  
mine obortam , & saepe multumque iam olim & hodie  
excitatam , non pro inani logomachia , sed pro vera contro-  
versia , & nequicquam insuper habenda , haud immerito  
venditandam esse.

## §. IV.

Certum alioquin & expeditum est, praestantissima  
quaequaque atque insignia planeque diuina in Confessione no-  
stra eminere; quod nemo temere negabit, qui res momen-  
taque eiusdem siue dogmata ex limpido sacri codicis fonte  
deriuata, penitus inspiciet, tum personalem quoque Duum-  
virum LVTHERI & MELANCHTONIS, qui praecepit  
hic operam contulerunt, auctoritatem sine prauo affectu  
praeiudicioque expendet. Etenim, quod insigni rerum  
sacrarum notitia pariterque veritatis studio vterque clarue-  
rint, apertissimum atque exploratum est. De LVTHERO,  
tanquam primario auctore, quiue materiam eo suppedita-  
uit, plura nunc commemorare, quam quae iam pridem  
summa fide ac dexteritate haud pauci publice tradiderunt,  
superuacuum prorsus ducimus. Nec frustra ac vane in LV-  
THERO doctrinam, & scripturae cognitionem admirabilem,

K 2 prae-

(a) Id liquet ex recensione *Nou-antiquorum*, anno 1710, p. 414. &c.  
p. 738.

(b) Conf. eiusdem Vindiciae Reformationis LVTHERI a nonnullis non  
vatorum praeiudicis p. 67. praeiudicio XVI. §. VIII. p. 69.

praedicabat testis illius aeui, PETRVS MOSELLANVS. (a) Alii vero plerique etiam monachi LVTHERV M idem vocabant, profundissimum theologum, theologorum suae *tempestatis omnium facile sapientissimum principem*, ob magnitudinem ingenii & dexteritatem *modo in orbe clarum*, (b) & quae alia sunt eius encomia in IOANNIS GERHARDI *confessione catholica, lib. I. cap. IV.* quae longius hic foret repetere. (c) Operae pretium insuper erit B. SPENERVM huc aduocare, qui in Megalandro nostro dotes septem, totidem detestabilibus papismi malis corrigendis pares subducta ratione diligentissime praedicat. (d) Perinde ferme se habuit

- (a) Cuius epistolam de colloquio Lipsiensi lueulentam exhibent auctores *der unschuldigen Nachrichten*, ad annum 1702.
- (b) Vid. PAVLVS LANGIVS, Monachus in Chronico Ziticensi, a. 1520. scripto. & NICOLAVS SELNECCERVS de *Auctoritate Lutheri & Philippi*, p. 82. seqq.
- (c) Prae cacteris omnibus hic conseratur, necesse est, qui in hoc arguimento curam egregie intendit, celeberrimus nobisque multo acutissimus IO. ALBERT. FABRICIVS in Centifolio Lutherano Hamburgi a. 1728. & 30. edito.
- (d) Nimurum I. eruditionem theologicam. II. eloquentiam masculam dignamque Theologo. III. indefessum studium, laborisque tolerantiam. IV. Zelum ex sincero Dei hominumque amore promanantem. V. Vitam integrum puramque sceleris, & comparatam ad exemplum. VI. heroicam fidem & iniunctam constantiam. VII. patientiam. In quibus autem corrigendis LVTHERV laborauit, erant: I. Pontificis & cleri effraents potestas & auctoritas. II. laicorum ignorantia. III. salutaria religiosis Christianae dogmata mirum in modum obscurata. IV. cultus publicus, & V. sacramentorum ritus variis contaminati modis. VI. verae pietatis, & VII. laicorum oppressio, in praeferat. ad Lutherum rediuiuum, & ad Postilla Lutheri ecclesiastica, edit. Lips 1700. Agnoscent non minus LVTHERI merita in ecclesiam, qui nobiscum castra romanensium deseruerunt, THOMAS GATAKERVS, RICHARDVS MONTACVTIVS, BEZA, & ipse CALVINVS, aliique, celeberrimo D. HEVMANNO, in *Lutheri apocalyptico* pag. 60. seq. laudati; vbi & aequum eius iudicium, de praeconiis Lutheri moderate tribuendis, praemittitur, quod nolumus hic

23.

2

4.

32

buit cum PHILIPPO MELANCHTONE, & extra contro-  
versiam est, eminentia sane viri fuisse dona, meritaque in  
omnem rem cum sacram tum litterariam prorsus eximia.  
Hic est, qui velut secundarius confessionis auctor formam  
quasi dedit, lenemque ac moderatum animum pro miti,  
quo pollebat, ingenio, ubique plane insignem reddidit,  
(a) sedulus fidusque Theandri adiutor, quo plurima reli-  
gionis emendandae negotia perauspicato confecit. Hinc-  
que eruditionem eius in subsidium LVTHERO diuinatus missam  
esse, BOECKLERVS vltro fatetur, de rebus seculi XVI. pag. 270,  
& profecto omnem operam, consilia & vires eo adhibuit,  
vt nuper renatam illam Vitembergae veritatem & calamo-  
confirmaret, & oretenus traderet auditoribus. Quorum  
tantus fuisse fertur numerus, vt ex auditorio eius, tamquam  
ex equo quodam Troiano in omnem fere orbem verbi di-  
vini ministri prodierint. Igitur clarum MELANCHTO-  
NIS nomen iam tum fuit potiori in parte Europae; praef-  
sertim ob scripta eius vtilissima. In quibus Locos Theologicos  
LVTHERVS tanti faciebat, vt non solum immortalitate, sed  
canone quoque ecclesiastico dignos iudicaret, et pro inuitis ha-  
beret. Neque adeo temerarium, aut ex amore tantum hoc  
LVTHERI iudicium profectum esse, magnoque opere socios  
eiusdem labores publicos luculentosque aestimatos, vel ex  
eo profecto palam atque aperte constat, quod apologiam  
MELANCHTONIS pro Augustana Confessione ecclesia  
euangelica reuera in canonem suum, id est, libros symbo-  
K 3 licos

hic reticere. Censet enim V. C. nos caussae Lutheri male consul-  
tuos, si hostibus persuadere conaremur, eum fuisse hominem,  
& vitii omnis expertem, & errori obnoxium prorsus nulli. Quod  
quidem postremum solis apostolis induluisse Christum, nouimus.  
Id tamen, non abnuit, clarissimis firmissimisque effici posse, im-  
mo iamdudum effectum esse, argumentis, Lutherum collapsam  
Christi ecclesiam instaurasse, ac vitiata turpissime doctrinam,  
ad sacri codicis ductum felicissime omnino repurgasse.

(a) Eo legatur D. HEVMANNI erudita nuperque Hanouerae edita de  
Conf. Aug. lenitate Disput. Iubilaea.

licos summa consensione omnium receperit. Reliqua de  
Philippo exsequitur Vir illustris, VITVS LVDOVICVS  
a SECKENDORF, in historia Lutheranismi, lib. I. sect. XVI.  
§. XXXIV: qui & data opera agit de studio veritatis sincero,  
quo LUTHERVS & MELANCHTHON ferebantur. (a) Atque hi caelestes duum viri, quemadmodum scriptis aliis  
compluribus, ita quoque confessione isthac, quam condi-  
derunt, abunde demonstrauerunt, se insigni rerum diui-  
narum notitia polluisse. Quare, si vel nullam Augustanae  
confessioni auctoritatem, eamque maxime exsplendescen-  
tem, haec enim a supremo magistratu, id est, ab ipsis  
principib⁹ statibusque euangelicis exspectanda fuit; ingens  
certe

(a) Incredibilem MELANCHTHONIS industriam, tempore comitorum  
Augustae celebratorum, nauatam, licet criminando, non tamen dis-  
simulat COCHLEVS, in epistola ad CAROLVM V. imperatorem,  
scribens: *Plane intelligit Tua Maiestas, hominem istum blan-*  
*diloquentia hypocrisique sua vulpina improbius egisse Augustae*  
*in comitiis, quam apertis coniuncti⁹ & amarulentis egit absens*  
*Lutherus.* Hic enim consueto more coniuncti⁹ abatur; ille vero  
instar draconis insidiantis fraudes intendens, non plebem, sed  
magnates hypocris⁹ sua circumuenire satagebat. Quo gratio-  
sior est apud eruditos Luther⁹ Philipp⁹, quo modestior in do-  
cendo, hoc grauius laedit ecclesiam. . . Respondebant non ad-  
tendendum esse, quid Luther⁹ scriberet, sed quid Principes  
Caesari proponerent. Quam subdole egerit cum legato,  
Campiego, nemo melius nouit, quam legatus ipse, qui lacri-  
mis primum precibusque illius non satis fidens, iussit illum pe-  
titionem suam in scriptis tradere: nec tamen omnem per hoc  
vulpeculae fraudem praecauere potuit Sc. Apud RAYNALDVUM,  
ad annum 1530. num. 84. confer. omnino IOACHIMVM CAMERA-  
RIVM, in vita PHILIPPI MELANCHTHONIS; & ERNEST SA-  
LOMONIS CYPRIANI historiam Aug. G. in additamentis, num.  
XXIV. seqq. & XXIX. seqq. Nec frustra erit, si testimonia LV-  
THERI de soci⁹ laborum & periculorum suorum PHILIPPO ME-  
LANCHTONE, & aliorum laudatissimorum virorum de eodem  
scriptisque eius iudicia, ad laudem tanti viri amplificandam, se-  
cundum collecta, & ad exemplar Görlicenſe anno 1580. recusa, pariter  
consultantur.

certe decus nominis sui celebritate, & doctrina ac pietate memorabili, domi forisque abunde cognita eidem conciliauerunt. Cum autem iussu Caesaris, CAROLI V. & Principum Protestantium conscripta sit, eidemque in comitiis Augustanis solemniter exhibita, atque ab omnibus omnino Lutheranis magna animorum consensione recepta; publicam in ecclesia nostra auctoritatem, atque hinc <sup>έξοχην</sup> quandam prae reliquis doctorum scriptis, eamque prorsus singularem, iure meritoque obtinuit.

Condita illa quidem primum est, ut nostrates demonstrarent non sine causa a romanensium se dissentire ecclesia; vtque calumnias aduersariorum, a quibus temere lacessebantur, refellerent; non multo tamen post a solemnis eius exhibitione symboli locum ei status euangelici adtribuerunt, vt non modo de doctrina ecclesiae publica testaretur, verum etiam, ut unitas & consensus in doctrina, modoque dogmata sacra proponendi exquisita ratione seruaretur. Cuius instituti honestissima causa in conspectu est; vagabantur enim tum multi fanatici & effraenata libidine (a) homines, qui subinde noua deliramenta foedasque ac repugnantes opiniones spargebant, ANABAPTISTAE, SERVETVS, SCHWENCFELDIVS ab Offing Nobilis Lignicensis ex Silesia, aliique, quos non leuiter taxabat, testis istius aei, PHILIPP. MELANCHTHON in *Orat. de columnia Osiandri*. Quantum igitur humana diligentia cauere potuit, voluerunt maiores nostri, perhibente ibidem MELANCHTHONE, illos, qui essent amplexuri incorruptam euangeli doctrinam, non solum commonefacere, verum metas etiam ponere, extra quas non temere erumpendum esset.

Vnde

(a) Fatetur id quoque CASPAR NEVMANNVS, praeclari olim nominis inter nostrates theologus, dum, *numquam*, ait, *magis saeviisse perniciofissimam fanaticorum pestem, quam saeculo XVI. audi vbi Anabaptistarum Tumultus & nefanda sclera, totius contra christianismi odia erga fanaticismum conciliarent, in trutina religionum, Part. II. cap. IX. §. IV. seqq.*

Vnde non poterat non consequi insignis Augustanae confessionis auctoritas, quum ab hominibus protestantibus non honore tantum, ac veneratione, sed adsensu quoque, dictis suis adsertisque omnibus praebendo, digna censeretur.

(a) Nec id quidem immerito: cum per se planum atque exploratum sit, res fidei ac morum, quas in se complectitur, plenissime ad curatissimeque cum scriptura sacra consentire, leuioris vero momenti errores, si qui sunt, circa patrum, aut scripturae dictorum allegationem; aut circa characterem dicendi, similiaque, nihil prorsus illius derogare auctoritati. Στρογγύλει τῷ κανόνι, inquit IOANN. CONRAD. DANHAVVERVS, non obligent symbola fidei ad omnes in iis circumstantias, p̄briases, probationes, allegationes tenendas; ipsa tamen doctrinae substantia tenenda est, prout scripta, nec ea tenus tantum, quatenus sacris litteris priuato iudicio consolare videbitur. (b) Et bene Theologi Saxonici contra LAVENTIVM FORERVM, (c) Iesuitam; In der Haupt-vertheidigung des Augapfels, pag. 258. Auf die Buchstaben und Ordnung der Worte sehen wir so genau nicht. Non possumus quin in eamdem sententiam ex recentioribus vel vnius FECHTHI verba, in disputatione critica, ubi CHYTRAEI famam ac merita contra ARNOLDI Criticam egregie vindicauit litt. B. huic adferamus: Libri Symbolici non in omnibus obligant, sed quoad doctrinam ipsam eiique substantiam, (exclusis accidentibus) considerata, quatenus doctrina in ipsis proposita cum verbo Dei

(a) Solent libri symbolici per normas confundi, proponendi aedificandi fidem, auctoritate publica eum in finem praescriptas, definiri, Vid. D. ALBERTI, in Confessione Aug. thetice & apologeticæ peccata; &c, de praetendo in libris symbolicos iuramento. Item D. SELIGMANNVS in disputat. de auctoritate librorum symbolicorum. Ex quibus definitionem Auctoratis, quae confessioni Augustanae conueniat, facile fuerit emere.

(b) In theol. conscientiaria, par. II, sec. I, art. I, §. 30. et 31.

(c) Occasione motuum in eccllesia nostra domesticoru, ediderat is inter alia scriptum aliquod, cui homo pecculantissimus titulum: der Ketzer-Kotzen-Krieg imposuit, merito suo propterea a theologis Saxonis castigatus.

23.

2

4

32

exakte conuenit. (a) Non diuersus ab eo SPENERVS, &c, qui eum preffo pede sequitur, IO. FRANCISCVS BVDDEVS, tametsi, inquiens, ecclesiae noſtrae libri ſymbolici in rebus ſecundariis non omnis naeui ſint expertes; qua ipſa dogmata tamen, cum ſcriptura ſacra tam adcurate conueniunt, ut nullius erroris argui queant; in *Isagoge ad theol. lib. II. cap. II. §. XIV.* Agnoscunt hi omnes, articulos doctrinae christianaे fundamenteis in Aug. Confefſione, ſecundum ſcripturae normam, pure & integre proponi, nihilque prorsus leuioris momenti in eiusmodi ſic dictis accidentalibus aberrationes poſſe impediſre, quin non ſolum reliquis libris humanis multum praefeſeratur, verum etiam ab omnibus maximo in honore ac veſeratione habeatur, debitoque pietatis affectu uſcipiatur.

## §. VI.

Definiuimus itaque, vel leui dumtaxat penicillo adumbräuimus Auguſtanae Conf. auctoritatem, vel eam dignitate, ſecundum quam omnia eiusdem adſerta, ad res fidei ac morum praecipue ſpectantia, adſenſum comprobacioneque indubie commerentur. Sequitur, vti diſpiciamus aliquanto penitus, vtrum vi directiuſ tantum, an vero etiam definitiuſ polleat eadem confefſio? Haud neſcimus, quod jam ſupra attigimus, fuſſe omnino, qui confefſioni Auguſtanae *Georγeviſiāv* quamdam tribuerent, (b) palam facien-

L

facien-

(a) Prorsus eodem modo in Sylloge ſelectiorum Controuerſiarum Diſput. V. de Libris Symbolicis p. 104. mentem ſuam exprimit: *Subſcriptio Librorum Symbol. obligat ad dogmata in iis contenta, non ad accidentalia alia.*

(b) Praecipuos horum qui confefſionem noſtram eiusmodi elogii maſtent, dicam an onerent? ex recentioribus paucis ante ad paragraphum III. notauiimus. Muſto autem plures, eosque veteres, videſis apud GODOFREDVM ARNOLDVM, *hiſtoriae haeretologicae*, par. II. lib. XVI. cap. XVIII. §. III. et paſſim. Ex nimio certe illiſiſtio ad plauſu ſubinde aduersarii ſumferunt occaſionem, confefſionem ipſam magis magisque traducendi. Prouti & famosus ille ANDREAS FABRICIVS, LEODIVS non verebatur infamare Auguſtanam Confeſſionem, exiftimans eam, *non tam Dei voluntate, quam diabolice maligni-*

facientes, hanc normam & doctrinae regulam spiritu sancto quasi distante, a Melanchthonis tum conscriptam fuisse. Inque hunc sensum IO. WIGANDVS non dubitabat scribere: *Quia ipsa confessio vera veri nominis divini non est opus virium humanarum, sed Dei. certi igitur & persuasi sumus, in spiritu & gubernatione spiritus sancti hanc A. C. conscriptam, & editam esse; in historia Aug. Conf. pag. 122, edit.* quae nuper admodum ad calcem historiae Cyprianeae, recusa est. (a) Atque hinc, quum alii plus, alii minus ei tribuere viderentur, caeptum est de illius valore inter nostrates gnauiter discipari. Quo autem res eo planior fiat, explicandi primum sunt termini, in quaestione proposita, occurrentes; atque tum rationes, quae in utramque partem adferuntur, penitus dijudicandae. Igitur auctoritatem A. C. *normatiuam*, eamque *directiuam* in eo positam esse dicunt, quod confessio illa ecclesiae euangelicae sit regula, quae credenda hominibus recte proponit, quaeque scripturas, & doctrinas alias, praeciso controversiarum respectu, dimetitur atque describit. *Definitiuam* vero in eo constituant, quod ipsam protestantes pro norma quadam habeant, secundum quam, exortae inter ipsos fidei controversiae, dijudicari possint ac debeant. Qui confessionis Aug. *Georgievus iav* enixe propugnant, illi quoque definiendi aequa, ac dirigendi vim ei fidentius tribuunt, sequentibus potissimum subnixi commotique argumentis. Prouocant enim I. ad perpetuam eius cum scripturis sacris conuenientiam; quae omnium consensu certa & indubitate sunt norma & regula; II. ad ecclesiam Dei, tamquam domicilium sedemque veritatis, 1. Tim. III. 15. eoque ipso membris & filiis suis credenda peraeque tradentem, ac formulas loquendi praescribentem; III. denique prouocant ad libros symbolicos, qui decidendi auctoritatem ipsi sibi vendicant, quoties errores sectario-  
rum

malignitate in lucem prodidisse, in harmonia Confess. August. ibi-  
demque ad Lectorem praemonitione.

(a) Eadem & hic Kiliae curante celeberrimo Domino praeside, anno  
MDCCXIII. cum limatissima politissimaque eiusdem praefatione, iam  
- in aliante denuo, & ad ipsum exemplar Regiomontanum, edita est.

23.

2

4

32

rum reiiciunt & damnant, velut in epitome, cap. XII. cernere est; maxime vero in praefatione epitomes p. 572. Ad has, aiunt enim, rationes paulo ante monstratas (monstrata autem erant scripta Prophetica & Apostolica, Symbola Oecumenica, Confessio Aug. eius Apologia, Articuli Smalcaldici, & Catechismi Lutheri), omnis doctrina in religionis negotio, conformanda est, & si quid iis contrarium esse reprehenditur, id reiiciendum atque damnandum est, quippe quod cum unanimi fidei nostrae declaracione pugnet. Verum ut haec se habeant, sane, quod ex conuenientia symbolorum cum scripturis sacris petitur praesidium, ita comparatum esse videtur, vt quod iam antea ab SPENERO quoque monitum est, si id solum sufficerit ad conciliandam verae normae dignitatem, alia quoque scripta theologorum, quae hypotyposi & compendiariae sanae doctrinae conformia sunt, non minus, quam ecclesiae symbola definiendi vim, eamque normatiuam, utique obtinere possint. Symbola enim, ut historia rerum gestarum docet, aequa per homines, a quibus humani nihil alienum fuit, adornata sunt; nec, nisi publica ecclesiae auctoritas, approbatio & receptio, qua se potissimum tueruntur, valoremque in primis symbolicum nanciscuntur, (\*) obstat, prae reliquis theologorum scriptis, ullam habent eminentiam; tantum abest, ut propter quamdam cum scripturis, etiam exactam, conuenientiam, simul de earum vi normativa stricte accurateque participant. Quod ad locum Paullinum 1. Tim. III. 15. adtinet, vocatur quidem ecclesia σύλογον ἐδράσια τῆς ἀληθείας, columnā & stabilimentū veritatis; sed vel passiuē, ut dicitur, prout pridē viri docti obseruarunt, hoc est, quod veritati diuinæ, tamquam basi

L 2

sit

(\*) *Vii enim, B. RIXNERVS, accuratissimus olim Helmstediensum Theologus in Disput. de Confessionis Augustanae auctoritate §. IIIX. inquit, in republica ciuili lex auctoritatem non habet, & obligat, nisi promulgata, ita nec Confesso Augustana auctoritate sua obligare Protestantes posset, si in Ecclesia eorum publice comprobata & solenniter introducta non foret.*

fit inaedificata, vt fideles ephesi dicuntur, superbructi super  
fundamentum apostolorum ac prophetarum, Ephes. II, 19. 20. vel  
μετωνυμικῶς, continente posito pro re contenta, vt apud  
Lucam, XXII, 20. poculum nuncupatur nouum testamentum,  
cum non poculum, sed vinum in poculo esset testamentum.  
In ecclesia enim conseruatur recta in Deum fides,  
quae est veritas, & nota verae ecclesiae longe certissima.  
Quam in rem conf. omnino NORTONVS KNATCH-  
BVLL, in *animaduersionibus in libros N. T.* pag. 105. seq. edit.  
Amstael. Quumque adeo sermo sit de ecclesia, (a) cuius au-  
toritas heic subsidio vocatur, non alia certe, quam quae  
visibilis est & externa, errorisque periculo subinde expo-  
sita, intelligi potest. Quae, vti in plures ecclesias parti-  
culares diuisa est, ita dogmatibus & sententiis nimium  
quantum abs se inuicem discrepat; vt non nisi ex scripturis,  
quaenam aut vera sit, aut saltem ad veritatem proxime ac-  
cedat, plene dignoscatur. Atqui haec talis Ecclesia quomo-  
do normam membris suis ex asse per se constituere poterit;  
cuius beneficio nempe in veram solidamque cognitionem  
veritatum diuinorum deducantur? cum rem momentaque  
Scriptura hic vnice conficiat, primas certe teneat, in qua  
omne quoque praesidium adiumentumque, quod quidem  
ad cognoscendum explorandumque salutis veritatisque coe-  
lestis negotium pertinere possit, collocandum. Adeo enim  
scriptura sacra claritate sua se commendat, vt quilibet, mo-  
do rationis vsu polleat debitamque secum adferat adtentio-  
nem, ea inde velut ex ipso fonte deducere queat, quae ad  
salutem consequendam cognitu factuque sunt necessaria. (b)

(a) Quamvis alii malint ad ipsum Timotheum verba illa Pauli spectare; Quemadmodum etiam ministri Ecclesiae σύλοι in respectu ad doctrinam verbi diuini, diligenter proponendam, Gal. II, 9. diserte ad-  
pellantur. Ne quid nunc dicamus, verba ista nonnullos de summo  
ac memorabili doctrinae in Ecclesia capite, ipso nempe mysterio in-  
carnationis Filii Dei, malle interpretari. Praeter alias vid. hic Ve-  
nerabilis ZELTNERVS in doctissima Dissert. de scriptura sacra, diuina  
sua luce radiante p. 73. seq.

(b) Illustrantur haec & confirmantur emphaticis scripturae S. locis, vti  
Psal.

23.

2

4.

32.

Exigit autem voluntas diuina, IO. DANNHAWERO mo-  
 nente, 1. lucis iustam adplicationem, ne sub modio lateat. 2. Ocu-  
 lum spiritualem & illuminatum iubare caelesti, precibus impetrando,  
 pium, simplicem minimeque occupatum, docilem, exercitatum,  
 scrutatorem, urinatoria sagacitate; in hodosophia Christiana, phae-  
 nom. I. pag. 41. edit. Lips. Nec tantum clara ac perspicua est  
 in iis, quae ad vitam & fidem pertinent, sed vera etiam,  
 atque certissima in aliis omnibus, vt stolidum prorsus sit,  
 vel minimum eorum, quae tradit, in dubium vocare. Sic-  
 ut ergo, praeter scripturam sacram nihil omnino nominari  
 vel cogitari potest, quod sufficiens sit ad ea omnia plene  
 conuenienterque demonstranda, quae certo ad salutem  
 consequendam pertinent; ita sequitur sacram tantum  
 scripturam in theologia esse principium cognoscendi; si-  
 mulque vnicam fidei & vitae nostrae regulam atque nor-  
 mam, qua nulla maior priorue, nulla perfectior praestan-  
 tiorque haberi possit, ad quam cœu superiorem vniuersa  
 fidei & morum doctrina dirigi aut examinari perpetuo de-  
 beat. Credere talia, scribit IRENAEVS, debemus Deo, qui  
 & nos rectissime fecit scientes, quia scripturae perfectæ sunt, quippe  
 a verbo Dei & Spiritu eius dictæ. Agnoverunt hoc iam pa-  
 tres ecclesiae primitiuae, quibus proinde non alia, deci-  
 dendi controuerfias, de fide ac vita subortas, norma, quam  
 scriptura sacra visitata fuit; etiam in ipsis conciliis vniuer-  
 salibus: enim uero ipse Constantinus M. imperator, in o-  
 ratione, qua concilii Nicaeni patres ad concordiae studium  
 hortabatur, luculenter ostendit, quam qualemu in quae-  
 stionibus, de quibus disceptatum erat, diiudicandis, nor-  
 mam potissimum sequerentur. Ita enim: ἐναγγελιαὶ καὶ  
 ἀποσολικῇ βίβλοι, καὶ τῶν παλαιῶν προφητῶν τὰ θεοπο-  
 ματα, σαφῶς ἡμᾶς ἀχρή περὶ τοῦ θεῖοῦ Θεονεῦ, εκπαι-  
 δεύσται; euangelici & apostolici libri, & veterum prophetarum ora-  
 cula, plane instruunt nos, quid de rebus diuinis sentiendum sit;  
 apud THEODORETVM, hist. eccl. lib. I. cap. VII. Evidem

L 3

sequio.

Psal. XIX, 9. CXIX, 105. 135. II. Tim. III, 15. item Matth. V, 5.  
 & 8. Luc. X, 21. II. Pet. III, 17. 18. Heb. V, 14. Ioann. V, 39.

sequiori aetate deprehendimus, subinde in rebus ad disciplinam ecclesiasticam spectantibus, immo in iis quoque, quae ad fidem referenda sunt, canones priorum conciliorum, Nicaeni concilii praesertim symbolum, fundamenti quasi loco substratum fuisse; at non alia ratione, vt o. u. D. BVDDEVS obseruauit, quam quod crederent, in his omnibus nihil, quod scripturae non conueniret, aut ex ea sumptum non esset, contineri, insit. theologiae dogm. lib. I. cap. II. ad §. XL. Hinc patres scripturam regulam fidei vocant, vt CHYSOSTOMVS ζυγὸν ἀρειῆν ἀπάντων καὶ γνώμονα καὶ κανόνα, adcuratam rerum omnium lancem ac normam, S. amissim, hom. XIII. in 2. Corinth. Stateram AVGSTINVS OO. tom. VII. lib. II. contra Donat. & BASILIVS extremam prorsus iudicavit ignorantiam esse, regulam vel amissim aliquo additamento perfidere velle, lib. I. contra Eunom. Sed haec hactenus; sequitur enim III. ut inuestigemus, vtrum libri ecclesiae nostrae symbolici ipsi sibi tribuant auctoritatem decidendi. Videtur enim id quodammodo colligi posse ex reiectione & damnatione haeresium, & errorum sectariorum, vt passim, ita cummaxime cap. XII. in epitome articulorum. At vero quas causas quamque graues habuerint, quamobrem a nostra religione & confessione dissentientes damnarint, ipsimet declarant, ne scilicet tacita cogitatione haereses illae sui temporis, S. sectae nobis tribuerentur; pag. 622. Quo ipso palam faciunt, se id maximopere spectare, vt calumnias, & falsas imputations aduersariorum repellerent. Ut enim conciliorum, ita & symbolorum quorumuis auctoritas nequaquam praetoria est, & pari aequoue per omnia iure cum ipsa Scriptura canonica suscipienda, sed declaratio dumtaxat, & indicium eius, quod in scripturis sacris credendum aut agendum a Deo praecepitur. Formula quidem Concordiae scripta ecclesiae nostrae publica, normam adpellat doctrinae euangelicae, secundum quam omnia alia scripta iudicare & accommodare oporteat. In praefat. S. pag. 635. Verum, vt post alios bene monuit B. ADAM. RECHENBERG, intelligitur norma professionis fidei in verbo Dei propositae; non norma fidei & reli-

23.

religionis in se consideratae, in appendice tripartita ad LL. SS. pag. 125. Et ita locus certe, ex praefat. epitomes articulorum, pro auctoritate decisionis adductus, intelligi debet, siquidem nihil minus, quam auctoritatem symbolorum per se definitiuam, talemque normam, secundum quam omnia dogmata fidei diiudicanda ac ponderanda sint, & ad quam omnes fidei controversiae exigendae, videtur inferre; nisi forte, quod tamen absit, ipse sibi contradicere censendus sit. Mox enim ibidem sequitur locus alter significantissimus: *sola sacra scriptura, Index, norma & regula, cognoscitur, ad quam, ceu ad Lydium lapidem, omnia dogmata exigenda sunt & iudicanda, an pia, an impia, an vera, an vero falsa.* Caetera autem symbola, & alia scripta, non obtinent auctoritatem Iudicis: haec enim dignitas solis sacris litteris debetur, u. t. A. pag. 572. edit. Rechenb. Ex quo clarissime liquet, quod libri nostri symbolici, praeter scripturas sacras, regulam, aut normam stricte & adaequare dictam, decisionis aliam admittant penitus nullam. Potiores autem caussae suae rationes, minusque impeditas, habere videntur, qui normam symbolis directiuiam, vel discretionis, qua verum a falso discernatur, & heterodoxi ab orthodoxis dignoscantur, tantummodo malunt vindicare. Praeterquam enim, quod intemeratam scripturae auctoritatem conseruent, finem etiam symbolorum facilius adsequuntur; qui non aliis est, quam ut unitas, & consensus in doctrina, modoque sacra dogmata proponendi obtineatur, iuxtaque diligentissime caueatur, ne qua noua & impia dogmata in ecclesiis nostris serpent, nec sincerae nostrae religioni & confessioni quidquam contrarium doceatur. (a) Vnde & omnino factum, ut praeclarissimae memoriae principes illi, doctrinae euangelicae adsertores strenuissimi, doctoribus suis, praeter scripturam sacram, symbola quoque, quibus secundariis veluti normis inniterentur, constituto etiam religionis sacramento, commendarent. Quo laudabilis

(a) Vid. in Epilogo Augustanae Confess. p. 45. itemque in Epitome articulorum num. XII. p. 622.

bili instituto prudenter sanciuerunt, ne turbulentis contentiosisque hominibus liberum esset, controversias cum offendiculo coniunctas pro sua libidine mouere, aut propone. Quare & in obortis controversiis, praesertim istiusmodi, quae iam tum ventilatae sunt, & decisae, ad librorum symbolicorum decisionem nostrates theologi prouocant. Neque tamen id propterea, ac si Symbola ecclesiae norma quaedam essent interpretandi aut doctrinas & controversias proprie stricteque definiendi ac decidendi, sed quod vnaminem sinceramque maiorum nostrorum sententiam, quae ex locis scripturae claris & perspicuis desumpta, & consensu plurium adprobata est, in se complestantur. Quocirca aliquod fidei dogma esse verum, & in quo constanter perseverandum, vnic ex sacris litteris; sed illud esse ecclesiae speciatim euangelicae dogma, ex confessione Augustana, & reliquis libris symbolicis probamus. Scriptura enim principium est cognoscendi, nobis cum oppositis coetibus & aduersariis commune, quamquam nihil potest esse nostrum, quin idem sit verum, & in scriptura fundatum; symbola vero, vti nobis sunt propria, doctrinamque ecclesiae nostrae in compendio exhibent, ita quoque quid nostrum, & Lutheranum sit, vel non sit, primo ac proxime ostendunt. Quae tamen distinctio nonnisi ad vim directiua, vel discretionis, Deique verbo, a quo tota eadem penderit, artusque veluti ac nerois habet, vnic innixam, hincque Symbolis utique propriam, pertinet.

Interim, ne lites hic cumulemus, aut λογοπαχιαις, quas & in hocce argumento passim apud nostrates hodie vigere Magnificus Dominus Praeses in citatis antea praelectionibus, nec sine prudenti ratione sufficientique causa nuper ostendebat, indecenti more modoque fauere videamur, nolumus prorsus diffiteri, quod & sine evidenti Scripturae iniuria sineque damno potest defendi, si certos vocis sensus respectusque, vulgo etiam notos, perpensi habeamus, non omnem normae dignitatem auctoritatemque Symbolicis nostris scriptis abiudicandam esse. Si numirum inter

23.

2

4

32

inter normam normantem ac normatam, prout in scholis loquimur, ipsius fidei normam ac professionis fidei, principem & secundariam, interque regulam mensurantem & mensuratam probe diligenterque distinguamus. Atque illud est, quod ad munierandam corroborandamque hanc Symbolicorum appellationem apprime facere iamdudum ex nostratisibus complures confirmarunt. Non diffitemur, inquit AEGIDIUS HVNNIVS (†) inter Ecclesias consentientes post Scripturam alia etiam Scripta Symbolica venire adpellatione normali veluti inter nostras ecclesias est Augustana Confessio. Sed hic vocabulum normae ἐπομένως dumtaxat, seu desleges accipitur, pro scripto, quod publicae ecclesiae iudicio examinatum, & cum scriptura undeque congruere deprehensum est. Neque aliter sane scripta symbolica, quam secundario seu ἐπομένῳ fidei merentur, quatenus nempe cum immotae veritatis verbo Dei ad amissim congruunt. Vbi nec id praetereundum censemus, quod adcuratissimus ille Theologus ALBERTVS GRAVERVS principio Prolegom. in Aug. Confessionem recte prudenterque admonuit: non possumus, ait, ἀπλῶς approbare illorum sententiam, qui Aug. Confessionem vocant normam secundariam. Si enim intelligunt normam regulantem & dirigentem, ut loquuntur, iuxta quam contouersiae religionis decidi debeant, omnino contradicimus: siquidem non nisi verbum Dei, Prophetarum & Apostolorum libris conscriptum unicam normam esse largimur. Si vero normam improprie sumant, non pro regula, quam in interpretatione articulorum fidei sequi debeamus, sed pro Symbolo, confessiones ecclesiarum distingue, locationem istam excusari posse statuimus. Quin nec id abnuimus, certo quoque modo ac respectu, siue secundario minusque proprie, decisionis pariter normam, secundum quam publica doctrina & contouersiae, in coetu nostre obortae, haud immerito examinari atque diiudicari queant, nuncupari posse.

## §. VII.

Ex proxime dictis caeteroqui, cum satis dilucide adpareat, unicam, & certissimam fidei ac vitae normam, scripturam

M

sacram

(†) Tom. I. Disput. Theologic. Wittebergenium, Disp. IV. n. LIV. (d)

sacram tantum esse, ad quam etiam omnia dogmata & symbolica scripta, velut ad principium superius, idque *διόπτερον* & *αυπτεύλιον*, eminentissimaeque auctoritatis, (\*) exigenda & iudicanda sunt, in proclivi fuerit, leges, & regulas quasdam, interpretationi confessionis nostrae inferuntur, vel constituere, vel certe vindicare. Igitur prima esto: *interpretatio Confessionis Augustanae ex sacrarum litterarum amplitudine est haurienda*. Nonnulli quidem serio contendunt, interpretationem symbolorum non aliunde, nisi ex ipsis eorumdem verbis petendam esse; sed vero Confessores ipsi statim initio confessionis Aug. ac in vniuerso corpore etiam contestati sunt, se pro diuina, & infallibili norma, decidendarum controversiarum, libros scripturae sacrae canonicos habere; immo reuocandas examinandasque esse quasi libet ecclesiasticas opiniones ad cynosuram sacrarum litterarum: seque nullis angustiis traditionum velle includi, sed verbi diuini plenitudinem sectari. (a) ATHANASIVS ipse non abnuit, quod signa indiciaque veritatis perfectiora ex scripturis sacris, quam aliunde deponantur, ait enim: *αὐτοβέβηδε εἰ τῶν γραφῶν μᾶλλον η̄ ἐτέρων εἰς τὰ τῆς αληθείας γνωστόμερα* (b). Neque scriptura sacra ita comparata est, vt sensum difficilem exhibeat, etiam in grauisimis, maximeque in dubium vocatis casibus. Si qua vero obscuritas sermonis circa eius oracula occurrit, tunc scriptura se ipsam potius interpretetur, quam ut symbola ecclesiae, aut analogiam fidei alicunde magis, quam ex purissimo diuini codicis fonte deriuatam, sensui eius stabiliendo sufficiamus. Qua de re quidem vir clarissimus, IO. IACOB. RAMBACHIVS, pulcre & ex aequo iudicat, illum turpissime abusurum sanac interpretationis principio, qui vel analogiam fidei, praeterito purissimo scripturae fonte, ex compendiis hauriret, vario

*.Sic inquisiunt inuestigantur errorum*

(\*) Hinc ipse met ALFONSUS TOSTATUS praefat. in *Matt.* IX. 5. *Magna, immo maxima omnium auctoritatum, quae sub coelo esse potest, est auctoritas sacrae scripture.*

(a) *Conf. epitome articulorum*, pag. 570. seqq.

(b) *Tom. I. O.O. pag. 282. edit. Parisiensis, quae prodiit 1627.*

errorum genere refertis; vel p<sup>r</sup>aeconceptas mente opiniones, aut se-  
tiae suae hypotheses pro analogia fidei haberet, diuina oracula se-  
cundum hanc normam interpretaturus; institut. hermeneuticae sa-  
crae, pag. 105. seq. Tantum ergo abest, vt scripturam sacram  
ex symbolis interpretandam esse largiamur, vt haec potius  
ad istam, tamquam ad lapidem Lydium, reuocanda esse  
censeamus. Nec enim adeo usus ipse in ecclesia nostra aliud  
hucusque probauit confirmavitque. Namque quoties ad-  
uersarii symbolorum integritatem conuellere tentant atque  
infringere, toties ad sacras nos litteras, in quibus maximum  
nobis praesidium collocatum, recipimus. Quippe quae fi-  
dem omnem ex se, ac omnino propter se merentur; quam  
Conf. Aug. dignitatem, quemadmodum ab hominibus con-  
scripta est, plane sibi nequit vindicare. Cum vero huic  
fides habetur, auctoritate scripturae id cummaxime fieri,  
cui ipsa inaedificata est, manifesto liquet. Igitur cum B.  
MYLIO, olim theologo Ienensium, scripta prophetarum &  
apostolorum aut<sup>o</sup>n<sup>o</sup> 15a esse praedicamus; scripta quaevis vel eccl<sup>o</sup>-  
iarum, vel priuatorum hominum alia, scimus fidem non mereri,  
nisi quam scripta i<sup>s</sup>ta Biblica hisce faciunt; confer. eius Confessio  
August. pag. 8. proleg. Opportune eadem confirmat LEONH.  
HVTTERVS Disputat. I. in A. C. cap. IV. thes. 125. p. 43. Maxi-  
mum discrimen inter scripta Prophetarum & Apostolorum, quae vo-  
camus Biblica; & inter symbolicum hunc librum constituimus, ut qui  
non & vñ 1505 est, sed eatepus fidem & ad sensum in Ecclesia mere-  
tur, quatenus cum sacro illo ac Θεοπνέω canone per omnia con-  
cordat. Probandū ergo consilium illorum est, qui, le-  
ctionem symbolorum commendatū, suadent, non solum  
e lectione cognoscendum, quid de quo quis argumento ma-  
iores nostri statuerint, sed etiam sollicita cura eius funda-  
mentum in sacris litteris inuestigandum esse. Ita enim fit,  
vt qui vis cum plerophoria, & recta conscientia dogmati-  
bus, quae ad fidem spectant, & quae ecclesia profitetur,  
se obstringere possit. (a) Sequitur regula II. genuinus Aug.

(a) Cautelas, quae heic locum inueniunt, exhibet singillatim BVDDEVS,

confessionis sensus cum ex eius ipsis verbis contextis, recte intellectis,  
ac secum collatis, tum ex totius ecclesiae declaratione, quae in  
monumentis LVTHERI, MELANCHTHONIS, BVGEN-  
HAGII, REGII, BRENTII, & aliorum scriptis publicis, in me-  
dio positis, reperitur, arcessendus est. Solent canonem hunc  
vrgere, praesertim ii, qui interpretandi praecepta tradunt,  
plerique omnes. Adeo enim usus illius, in scriptis aliorum  
recte intelligendis, se exserit; nisi forsitan sensum auctori-  
bus alium atque alium, adsingere velimus. Quod in con-  
fessione nostra non minus caudendum. Nam licet caracter  
sermonis eius simplex sane & planus sit, & nulli non, cui  
modo liberalium disciplinarum scientia mens subacta est,  
perspicuus; interdum tamen adeo concisus, immo & in-  
uolutus, ut omnino consulendi sint laudati probatique  
Theologi, aequae ac scripta ecclesiae nostrae alia publica.  
Lucem certe haud exiguam Confessioni nostrae foeneran-  
tur scripta LVTHERI, quae ille ex sacris litteris, contra pa-  
patum & alias sectas, deponens, declarauitque. Ideoque  
& omnino mereri visa sunt, ut subinde ad ea prouocetur  
inter nostrates; quin immo aduersarii ipsi, quotiescumque  
sensus confessionis Aug. requirunt, toties fere delabantur  
ad scripta LVTHERI praecepit, & MELANCHTHONIS,  
atque ex istis aduersus illam lapidem omnem, quacumque  
possunt opera, mouent. Nonnullorum nomina atque co-  
nata recenser etiam DORSCHEVS t.c. pag. 183. seqq. Quid,  
quod

in iisagoge ad theologiam, pari. II. §. XII. seqq. SPENERVS cer-  
tumlo te de abuso nonnullorum, qui obortis controversiis, ad symbola  
magis, quam scripturas prouocant, vehementer queritur; praesertim  
quod loca, si quae sunt in libris symbolicis aliquanto obscuriora  
vel impedita, non tam ex scripturis, quam ex eorumdem  
ipsis verbis, explicare malint; quin immo ultra eamdem euehant, ut  
potius libri symbolici sunt norma scripturae explicandae, quam scri-  
ptura sit norma librorum symbolicorum, recte intelligendorum.  
Cum tamen haec eiusmodi eminentia soli scripturae debeatur; ac  
neque alter libri symbolici intelligi possint, quam secundum sen-  
sum scripturae; Videis sincerum eius consensum cum Aug. Confes-  
sione, germanicas conscriptum, & iam saepe citatum, aufrichtige  
Uebereinstimmung mit der A. Conf. pag. 68.

quod confessores nostri obtulerunt in religionis caussa confessionem, cuiusmodi doctrinam ex scripturis sanctis concionatores in eorumdem terris tradiderint ac tractauerint; quod ipsum videre est ex *praefat. ad Carolum V. Caesarem.* Neutquam tamen ipsius LVTHERI scripta alio modo sensuque nostrates possunt producere, quam quem aliis idem ipse serio diligenterque praescripsit: *solas videlicet sacras litteras pro vnica regula & norma omnium dogmatum agnoscendas;* *iisque nullius omnino hominis scripta adaequanda, sed potius omnia subiicienda esse, in praefat. tomis 00. eius praefixa.* De PHILIPPO MELANCHTHONE compertum habemus, eum quidem in condenda confessione egregiam operam nauasse; non tamen solitarium eius fuisse auctorem. Quum non suo sed protestantium nomine, & ex articulis LVTHERI XVII. qui fundamentum, aut, vt GEORG. COELESTINVS *Histor. Comit. Augustanorum tom. I. fol. 25.* ait, *archetypus Confessionis Augustanae* sunt, ipso LVTHERO obstetricante eam adornauerit. Quemadmodum itaque scripta MELANCHTHONIS Confessioni nostrae lucem insignem admodum adfundere posse non abnuimus, ita cum his facere non possumus, qui vnic ex sententia eius explicandam esse contendunt; tantum vero abest, vt primam illam, ac minime mutatam, ex mutata auctoris confessione, de qua *capite praeced. ad §. IV.* tantummodo interpretandam esse, temere cuiquam largiamur. III. *sententiae, quas refellunt,* *& imputationes aut obrectationes, quas confessionis auctores a se amoliuntur, sedulo sunt considerandae.* Ex fine symbolorum haec euidenter regula sequitur. Non enim aliam ob causam confessiones edi solent, quam vt aliorum errores reiiciantur, scripturisque sacris conueniens sententia explicetur, atque ita calumniae aduersariorum depellantur. At vero nullus symbolum aliquod recte adsequetur, nisi genuinam illorum, qui damnantur aut refutantur, ex historia cognitam perspectamque habuerit sententiam. Cur enim in symbolo, quod dicitur apostolorum, tam diligenter inculcentur, etiam quae leuiora videri poterant, circa natu-

uitatem & passionem Christi momenta, nemo facilius penetrauerit, quam cui notum fuerit, exstitisse olim in ecclesia haereticos; Menandrum, Marcionem, Cerdonem, Saturninum, Basilidem, aliosque, qui adfirmabant, Christum veram non habuisse carnem, sed fuisse corpus eius phantasma merum atque spectrum, quod neque natum reuera sit, neque passum. Quam obrem adscensionis quoque Christi mentio facta sit, veram nemo caussam expedierit, nisi qui probe didicerit, fuisse Apelleianos, ab Apelle quodam Marcionis discipulo, ita appellatos. Ille enim Christum non in phantasmate quidem dicebat adparuisse . . . sed in eo, quod e superioribus partibus descenderet, ipso descensu sidereum sibi carnem, & aereum contexuisse, hunc in resurrectione singulis quibusque elementis, quae in descensu suo mutuata fuissent, in adscensu reddidisse, & sic dispersis quibusque corporis sui partibus in coelo spiritum tantum reddidisse, auctore TERTULLIANO, de praescript. pag. 96. edit. Paris. 1580. Ex quibus, quantum lumen ex historia symbolis recte intelligendis accedat, certam cuique licebit facere coniecturam. Comprobauit hoc exemplo luculento auctor anonymous historiae symboli apostolici cum obseruationibus ecclesiasticis & criticis ad singulos eius articulos, quae ex lingua Anglicana Latine, anno MDCCVI. Lipsiae prodiit. Atque idem in confessione Aug. si debite obseruetur, nulla prorsus vis eius sententiae inferetur. Quod consideranti venit in mentem, haud inutilem sane operam hic B. CHYTRA EVM nauasse, dum Aug. Confessionem iisdem verbis, quibus primum Cæsari exhibita, & statim postea 1531. edita est, non tantum latine recudendam Rostochii a. 1566. curabat; sed & in fine loca Patrum & Canonum & historias Haereticorum, & alias, quarum in Confessione mentio sit, breuiter indicabat. Nec parum sane momenti ad istiusmodi symbolorum explicationem conferet ianua, quasi reserata, terminorum difficultiorum, in Aug. conf. occurrentium, quam venerandus SAL. ERNEST. CYPRIANVS, in historia Augustanae Confessionis cap. XVII. pag. 289. seqq. prodromi instar exhibet. Cum autem religio euangelica secundum omnes suos articulos in conf. Augustana perspicue expressa non sit,

fit, (a) et praecipua tantum ac maxime necessaria dogmata ibidem exposita, (b) nec omnes romanae ecclesiae errores adducti explicite, quidquid ex hac per legitimam consequiam deduci potest, id ad interpretationem quoque Aug. Confessionis, eiusque sensum plene recteque euolendum omnino facit, & vice versa. Nec papatui solum opposita erat nostra confessio, idque seria conuenientique pro statu illorum temporum cura; (c) verum aliis quoque errores noxios in ecclesia, post reformationem, spargentibus.

§. VIII.

Quantum ad necessitatem symbolorum, equidem istorum absolutam necessitatem statuere non possumus, cum nulla veritatis iactura Ecclesia istis diu caruerit; at insignem tamen nec satis praedicandum eadem habere vsum, multumque emolumenti Ecclesiae hodie adferre, id sane quam est perspicuum, neque eget argumentis. Certe sine legibus nec domum ullam, nec ciuitatem, nec gentem, nec hominum vniuersum genus, nec ipsum denique mundum esse posse, vt pleraque alia, sic istud praeclare dictum a CICERONE videtur. Non feriebat quidem sanctiorem caetum illa lex XII. tabularum, tamen quo melius sibi constaret, habebat is legem multo praestantiorum perfectio-remque, quippe verbum Dei, absolutum & omni ex parte perfectum fidei morumque canonem; vt adeo symbolis ei oecumenicis, aliisue, haud opus fuisse vtique videri posset. Verum enim vero quum non uno eodemque sensu vniuersi scripturam sacram acciperent, sed eiusdem eloquia aliter atque aliter, aliis atque alias interpretarentur, ingens hae-

- 
- (a) Vid. DORSCHAEVS *Cap. II.* de A. C. legitima interpret. § 45. p. 120. seqq. edit. Francof.
  - (b) Cur praecipuos tantummodo articulos exposuerint, reliquos generatim indicarint ex ipsis *Confessoribus* in epilogo manifestum est.
  - (c) Ita HOORNBECKIVS Aug. Confessionem coarguit, in summa Controv. lib. IX. pag. 625. ex profusa in Pontificios liberalitate eamdem esse scriptam; additque paullo post: *Gratiam nonnullam Papaturi in confessione factam, neque ipsi Papistae ignorant.*

resum multitudi pluribus iam olim symbolis, ad consopientes, in religionis negotio contouersias, occasionem necessitatemque maximam imposuit, de quo *Seet. I. ad §. IV.* Neque enim sequentia inde tempora symbolorum vel librorum symbolicorum, expertia fuisse, quamuis oppresso per romanorum pontificum tyrannidem orbe christiano, rarius ederentur, exemplo luculento vel ipsi comprobarunt Albingenses, Waldenses, & Fratres Bohemi. Nostrates sane, deiecto romanae seruitutis iugo, non potuerunt euitare, quin potius, ut aduersariorum irent obuiam obtrectationibus, Aug. Confessionem, eiusque Apologiam ediderunt. Quae duo scripta, & alia quoque, quae successu temporis ad ea accessere, symboli loco, post inuictam verbi diuini auctoritatē, recipienda esse iudicarunt. Cuius honesti instituti caussas electores ipsi, principesque, ac reliqui status euangelici, ad ipsam quoque stricte sic dictam formulam Concordiae respiciendo, generatim reddunt, ea de re gratiiter praecipientes. „Ita enim: Videbatur id apprime „esse necessarium, ut inter tot nostris temporibus exortos „errores, tum offendicula, certamina, & diurnas distra- „ctiones illas, pia explicatio & conciliatio harum omnium „contouersiarum e verbo Dei extracta exstaret: ut secun- „dum rationes eius sincera doctrina a falsa internosceretur „& secerneretur. Praeterea ea res ad hoc etiam confert, „vt turbulentis contentiosisque hominibus, qui ad nullam „formulam purioris doctrinae adstringi se patiuntur, libe- „rum non sit, pro sua libidine contouersias cum offendicu- „lo coniunctas mouere: & prodigiosas opiniones & pro- „ponere & propugnare, in *praefat. ad libros symbolicos.* Atque hoc cura officiumque imperantium, si quid aliud, cum maxime requirit, ut de symbolis, vel libris symbolicis, recto modo curandis, conseruandisque omnino sint solliciti, nec eorum auctoritatem vel negligi prorsus aut exolescere, vel proterua dissentendi turbandiue licentia temere conuelli patientur. Profindeque ipsius PVFENDORFFII verba haud indigna videntur, quae peropportune huc referantur:

Vnde id demum iuris cura tranquillitatis publicae Regibus dat, vt quae publice recepta sunt doctrinae Christianae compendia, catechesis, symbolorum, confessionum, aut quoconque vocabulo veniant, ad normam sacrarum litterarum probe exigi carent, non a paucis solum, qui factiosi aut priuati respectus suspicionem incurrire possint, sed ab omnibus, queis solida diuinarum litterarum peritia est: Et ubi ista recte se habere deprehenderint, publicam priuatamque doctrinam ad eadem conformari imperent. Vbi eiusmodi publica formula fidei non existet, summorum imperantium est operam dare, vt per rerum diuinarum peritissimos aliqua componatur, ab omnibus ciuibus adprobanda & profitenda, ad quam etiam, quicunque docendi munere funguntur, sint adstringendi. (a) Et vero quum magistratibus integrum sit, quo de fide & obsequio subiectorum melius constaret, sibi eosdem sacramento etiam obstringere, quidni pariter liceat ecclesiae, ea, quae ad eius conseruationem, doctrinaeque, quam pro vera agnoscit, propagationem faciunt, constituere, quum natura atque indoles ecclesiae militantis hoc vltro postulet. Grauiter hac de re religioseque iudicavit aliquando summe VENERANDVS PRAESES, dum, quamvis largiamur, inquit, vt omnes ciues circa singula religionis capita consentiant, absolute adeo necessarium haud esse, immo dissensus circa capita religionis quietem ciuitatis non turbet forte, ecclesiam tamen multum affigit profecto, cuius securitati haud minore quoque sedulitate prospiciendum, cauendumque, ne, quae recepta sanctaque publice sunt, ad normam sacrarum litterarum recte diligenterque antea excussa ac diuidicata, illa ipsa neque digne, neque dextre satis tractentur, & tamquam putida hominum figmenta, aut vana quaedam simulacra traducantur. (b) Reprehendit hunc morem in nostris iam olim OSIANDER apud Norimbergenses, quod in renunciatione publici testimonii petatur, vt hi, quibus tribuitur testimonium, adfirmant se amplecti doctrinam euangelii, eamque sic intelligere, vt in symbolis & in confessione Aug. recitatur. Sed vero solidis

N sime

(a) De habitu Relig. Christ. §. 49.

(b) In Commentatione de eo quod iustum est circa religionem & libros nostratis ecclesiae symbolicos.

23.

2

4.

32.

7.

sime depulit eius calumniam MELANCHTHON, ostenditque, quod nostrates petant verae doctrinae tantum adseverationem, sicut vetus ecclesia petiuit, necessariam ad veram Dei agnitionem & inunctionem, ad frenandam audaciam singendi noua dogmata. (a) Et sane eorum, quibus cura ecclesiae incumbit, non parum interest, quid homines, publicis docendi muneribus admouendi, de rebus diuinis sentiant, certum exploratumque habere; alioquin, si cuius pro lubitu, quidquid vellet dicere ac docere liceret, maxima rerum omnium in ecclesia subinde oriretur confusio. Nonnulli quidem mirifice praedicant ea, quae proxime aetateim apostolorum sequuta sunt tempora, quod, cum nondum publice symbola exstant, solis litteris sacris regerentur homines christiani, & omnino tum ecclesia istiusmodi formulis magis carere poterat, quum angustioribus adhuc circumscriberetur cancellis; at vero ubi diffusior florentiorque facta est, ac per varias regiones dispersa, praeter scripturam, symbolis quoque pro ratione temporum opus habuit, quibus membra eius genuina a degeneribus tamquam tesseris internoscerentur, ὥροδόξοι ab ἐπεροδόξοις palam distinguerentur. Igitur formularum usus iam illa aetate, in qua adhuc fontes doctrinae puri erant, & a tot in Papatu deinceps subortis corruptelis immunes, tantus utique fuit, ut etiam decreta synodorum subscriberetur. Quin nec temere ad publicum ecclesiae munus ulli admittebantur, nisi praecesisset δοκιμασία, seu examen, & expressa professio, in qua vocati ad docendum adsfirmabant, se amplecti incorruptam euangelii doctrinam, nec eam umquam se abiecturos esse; tradente id auctore TERTULLIANO, loco supra cit. Laudabile hoc fuit institutum veteris ecclesiae, quamquam deinde, seculis subsequitis, romani pontifices aliisque addiderunt iniquas vel artes, vel fraudes, & adeo iniusta onera,

(a) Vid. Eiusdem Oratio, in qua refutatur calunnia Osandri, reprehendentis promissionem eorum, quibus tribuitur testimonium doctrinae, edit. Kiliens. a. 1713. D. Praefidis commentationi paullo ante citatae adiuncta pag. 34.

vt sequaces eorum, praeter symbola, quibus ecclesia diutius  
 ysa est, etiam ad apostolicas, quas dicunt, & ecclesiasticas  
 traditiones, reliquasque eiusdem ecclesiae obseruationes &  
 constitutiones admittendas amplectendasque obligarentur;  
 nec scripturam (acram aliter, quam secundum sensum, quem tenuit  
 & tenet sancta mater ecclesia, (nempe Romana) cuius nempe est  
 indicare de vero sensu, & interpretatione S. scripturarum, auderent  
 admittere. Videsis bullam PII IV. R. Pontif. super forma iuramen-  
 ti professionis fidei, circa finem Concilii Tridentini, eiusque sessionem  
 quartam. Quod qui tyrannidem dixerit, conscientiisque vim  
 nefariam hoc modo inferri christianorum, is sincere, & ex  
 veritate rem aestimare, censendus est. At vero nostrates  
 abiectis romanorum pontificum oneribus, dogmatibusque,  
 quum non nisi verae doctrinae adseuerationem, quae ex  
 sacris litteris in confessionem Aug. derivata est, expetant:  
 subscriptioni symbolorum, si quam magistratus exigat, nemo,  
 qui membrum eius esse cupit, iure se substraxerit. Si qui  
 autem praefracte & pertinaciter symbolis se opponunt, si  
 neque causa iulta & praeognanti illis subscribere nolunt,  
 illis nulla sane fiet iniuria, si non amplius pro ecclesiae  
 nostrae membris habeantur; ita hac de re censente BVD-  
 DEO loco cit. Quaesitum interea est, vtrum cum condi-  
 tione quadam tantum symbolis subscribendum sit; verum  
 obligationis indoles nullam patitur in rebus ipsis vel ipsa-  
 rum substantia restrictionem, nulloque modo illusoria esse  
 debet, aut scopo eorum, qui obligationem exigunt, nim-  
 rum, vt de subscriptentium vel iurantium fide doctrinaque  
 certiores reddantur, plane aduersa. Adcurate prorsusque  
 egregie hic SPENERVS: (a) *Si Libris Symbolicis non subscripta-  
 tur, QVIA cum Verbo Dei conueniant, scopus eorum, qui obliga-  
 tionem exigunt, nimirum, vt de fide subscriptentium certiores red-  
 dantur, apud fraudulentos non obtinetur: cum quisque libro, quem  
 omnino erroneum reputat, dummodo aliquid boni eidem insit, hac  
 ratione subdole subscribere queat.* Quin certum nobis atque  
 exploratum, neminem valide satis ad libros symbolicos eo-

N 2

ruinque

(a) In der Vebereinstimmung Art. praelim. 15. ad propos. 24. p. 92.

23.

2

4.

32.

rumque doctrinam adstringi, si illos vel *interpretas*, tantum complecti, vel ex sua ipsius mente interpretari iubeatur. Interea nec illis tam illiberaliter improuideque refragamur, qui, quo animo quoue consilio hic scrupulos forte aliquis moueat, circumspecte considerandum esse monent. Proindeque, si quis doctrinam ac substantiam librorum symbolicorum pro diuinis scripturae veritatibus, & nequicquam vel leuiter in dubium vocandis, prorsus atque omnino habeat; tantummodo illa, quae ad substantiam dogmatum non pertinent, certas quasdam allegationes, syllabas, verba, aliaque libris symbolicis inspersa, ne conscientiam suam forte laedat, ab ista iurata obligatione excipi sciungique velit, huic ipsi percommode aliquid posse indulgeri, adeoque istiusmodi adhiberi temperamentum, quo scrupulosa talis conscientia, dolique ac versutiae plane nescia, tuta tranquilleque pariter praefetur, atque ipsa doctrinae substantia, velut scripturae medulla, salua ac illibata seruetur. Quorsum etiam SPENERVM in responsis theolog. german. prioribus part. I. cap. II. art. III. sect. 2. p. 569. seqq., vbi singula momenta sollicite expendit, gnauiter consulere haud abs re fore censemus. (a) Atque hoc ipsum consilium ac temperamentum SPENERIANVM in hac caussa, hisque circumstantiis suadentibus, eo minus improbandum penitusque reiiciendum esse putamus, quo magis iuratam eiusmodi obligationem ad dogmata, non ad *accidentalia*, vt aiunt, aliaque intermixta, sive historica sint, sive critica, tam rigide aut morose extendendam esse, ex DANNHAVERO, FECHTIO & SONNTAGIO iam antea p. 17. memoratis, liquido constat. Id serio caeteroquin cum WALLISERO (b) arbitramur & constanter: *Subscriptionem per QVIA ei, qui sollicite ac devote eos explorando, veritatem ἔγγεαφον quoad substantiam dogmaticam inibi contineri, reperit, ac diuina fide coniuctus*

(a) Vid. praeter complures alios Dissert. inaugralis iuridica D. GODOFRED. LDOV. MENCKENII, a. 1730. Vitembergae edita, *de eo quod iuris est circa subscriptionem librorum. Symbol. p. 80.*

(b) In *Vindictis librorum Eccl. Luth. Symbol. p. 5. seq.*

23.

2

uictus est, incumberè, tanquam iustam, facillimam, conscientiae  
iucundam, fidei nostrae honestam, imo tanquam tutiorem, certio-  
rem, ac intentioni speique ecclesiae poscentis aequa ac poscendae lon-  
ge conuenientiorem, utiliorem, salubriorem, omnique modo gra-  
tiorem, quam quae sit per QVATENVS, quae fraudulentorum est,  
ac esse potest incrustamentum, inuolacrum ac latibulum potius, quam  
infirorum qualecunque, quamvis vix, immo nequaquam certe  
solidum adminiculum. Sed enim extra subscriptionis, vel iuris  
iurandi praestandi, negotium, sive caussali sensu, istud  
QVATENVS vtique admitti posse ac debere, iam superius  
plurimorum, etiam probatissimorum Theologorum exem-  
plis plus satis euictum. (a)

## §. IX.

Professos Augustanae Confessionis hostes, eosque ex-  
traneos, capite priori generatim notauiimus; praeter hos  
autem domestici quoque, qui nostri quidem videri volunt,  
numero sane haud exiguo deprehenduntur, quamquam hi  
diuerse fuerint conati confessionis integratatem infringere.  
Etenim nonnulli, licet eamdem se amplecti simularent, ni-  
hilo tamen minus a doctrina illius aut aperte discesserunt,  
aut alienum dumtaxat sensum ei adfangere conabantur. Et  
horum rursus alii, vel errores in ea capitales, & manife-  
stos, obiiciebant, vel, elabendi quaesito quodam praetex-  
tu, scommatibus eam traducebant quoque atrocissimis.  
Enimuero mox a solemini eius exhibitione, qui Heluetiam

N 3

cum

(a) Eadem cumulatissime attulit M. S. GRABIVS in adpendice ad formu-  
las VRB. RHEGII p. 112. seqq. Insuper addi poterunt, qui de hoc  
argumento ex professo egerunt B. IOANNES FECHTIVS, in *scruti-  
nio profligatae ex ecclesia obligationis ad confessiones publicas*,  
pag. 13. seqq. & D. VAL. ALBERTI, in *dissert. de praestando cate-  
gorice in libros symbolicos iuramento*, atque hic quidem, postea-  
quam sigillatim demonstrasset, licitum esse homini christiano iusiu-  
randum, idque tam iure diuino quam humano; iuramentum itidem  
in libros symbolicos & fieri posse, & omnino debere, scripturae  
dictis adstruxit, nimirum, *Hebr. III. 22. Deut. XXIX. 10. seqq.*  
*Ios. XXIV. 25. Neh. X. 29. Psal. CXXIX. 106. 1. Thessal. V. 27.*

32

cum Saxoniam paullo ante vniuersitatem cupuerant, veram illius sententiam aliter atque aliter interpretabantur. Nec de verbis tantum, vt quibusdam fortasse simile vero videtur, sed de rebus quoque grauiissimis inter theologos concertatum est, donec tamdem disceptationibus istis obicem quodammodo Formula Concordiae imponeret. Etsi postea quoque, quamquam non tanto cum ausu, subinde propullulare videbantur, quae turbandi materiam occasionemque præberent, etiam in ipsius Saxonie meditullio. Quam in rem multa congesit celeberr. ERNESTVS LOESCHERVS, in *historia motuum inter Lutheranos & Reformatos*; & GODOFREDVS ARNOLDVS, in *historia heresiologiae*, tom. II. lib. XVI. cap. XXXII. quorsum spectant, quae in BVDDEO-WALCHIANA *introductione ad controversias*, tom. I. cap. IV. sect. III. de fatis quæsitæ inter protestantes vñionis agunt. Verum factio isthaec, nec vulgare inde enatum incommodum ac damnum, quasi indirecte tantum attingebat August. Confessionem. Maius enim ei impendebat periculum a conatibus *interim-isticis*, quippe qui non aequa aliud, quam ut doctrina & auctoritas confessionis Aug. penitus euilesceret, intendebant. Fuit autem triplex formula *Interim*, varios nacta auctores. Quod ad *Ratisbonensem*, prodiit illa auspiciis FERDINANDI, Regis Romanorum, auctoribus, vti verisimile est, ecclesiae romanensium prorsus addictis. *Augustana* veteto debetur *Iulio Pflug, Michaeli Heldio & Io. Agricolae*, degeneri discipulo Lutheri; maiori quidem haec specie se commendabat, quam Ratisbonensis illa, faciliusque incautis ac simplicibus imponere potuisset, nisi anguem in herba aduertissent cordatores. Quāmuis enim in ea quædam ecclesiae euangelicae consentanea traderentur, pleraque tamen in gratiam romanensium inserta, a purioris doctrinae confessoribus adprobari non poterant. Quemadmodum & in *Lipsiensi* formula, cuius auctores praincipii PHILIPPVS MELANCHTHON, BVGENHAGIVS, GEORG. MAIOR, PAVLLVS EBERVS & IOANN. PFEFFINGERVS, esse feruntur, non tantum plurimi ecclesiae romanae ri-

23.

tus pro re habebantur indifferenti; (a) verum etiam fideido-  
gmata quaedam, eaque haud leuia admiscebantur, a Statis-  
bus Protestantium pridem repudiata. Quumque ME-  
LANCHTHON iudicaret, quasdam caerimonias, nec vana  
specie, in ecclesia euangelica retinendas esse, quo paci pro-  
testantium consuleretur magis, exortum est bellum inde de  
adiaphoris, magnis in ecclesia nostra animorum motibus  
gestum, donec anno demum MDLXXX. concertationes i-  
stae per *Formulam Concordiae* penitus tollerentur. Caeterum,  
quae ad historiam triplicis huius formulae spectant, diligen-  
ter exsequutus est IOANN ERDMANNVS BIECK, in hi-  
storia tribus illis interimisticis formulis, quas omnes tres  
vno volumine exhibet, (b) praemissa. Illud certum est,  
atque

(a) Exempli loco proferam pauca dumtaxat, quae de Missa praecipiun-  
tur: *Dass die Messe binforder in diesen Landen mit Läuten, Lichten und Gefäßen, Gesängen, Kleidungen und Ceremonien gehalten werde. Dass die Priester und Ministranten in ihren gewöhnlichen Kirchen-Kleidern und Ornaten, ehrlich für dem Altar geben, anfänglich das confiteor sprechen, und dass man denn singe den Introitum, das Kyrie eleysion, das Gloria in excelsis, et in terra pax, etc. Dominus nobiscum, die Collecta, die epistel, und die ietztangezogene alles lateinisch, und wenn die epistel zu latein gesungen, alsdenn dem Volcke auch latein fürgelesen werde. das Graduale. das Alleluja. der sequens. oder ein tractus nach Gelegenheit der Zeit und Feste. das euangeliun lateinisch gesungen, und dem Volcke deutsch fürgelesen. das Credo in vnum Deum, und das Patrem, vermöge des Symboli, pag. 382, editionis Lipsiensis. Quae omnia quasi postlimino reuocantur, contra mentem ecclesiae euangelicae, quippe quae istiusmodi ritus prorsus improbavit, reiecit & damnauit; ita enim: aduersarii longam de- clamationem habent, de vsu latinae linguae in missa, in qua suauiter ineptiunt, quomodo profit auditori indocto in fide eccl- siae, missam non intellectam audire, videlicet, fingunt ipsum opus audiendi cultum esse, & prodeesse, sine intellectu, male va- leant istae Pharisaicae opinones, in apologia, pag. 250.*

(b) Inscribitur autem: *das dreyfache interim so in Regenspurg, Augspurg*

2

32

DFG

atque postea reapse compertum, quod si quaedam illarum  
formularum a Statibus euangelicis adprobata fuisse, Augu-  
stanae confessionis auctoritatem, non sensim sed subito,  
iam tum fuisse sufflaminatam. Verum & haec factio, con-  
fessioni nostrae temere intentata, per transactionem Pas-  
sauensem dissipata est. Siquidem, quum pax perpetua Pro-  
testantibus concederetur confirmareturque, ipsa confessio  
Augustae denuo in comitiis, anno MDLV. in pacem sacri  
romani imperii recepta est. Quid, quod haec ad confessio-  
nem ita adstricta, ut, qui plene ei non subscriberent, pace  
non gauderent religioni concessa. Quocirca feliciter de-  
uictis tot tantisque, quibus iactabatur, tumultuum procel-  
lis, hodieque stat, & viget intemerata inter ecclesiae iubila.

## §. X.

Tertium aduersariorum genus est, quod, licet itidem  
in ecclesiae nostrae gremio sustentetur, tamen ad illud ex-  
tremum procurrit, ut quasuis confitendi formulas damnet  
prorsus, ac detestetur. Quo ipso quidem, quum nullis se  
cancellis constringi patitur, nullius sese fere religionis pro-  
fiteri vult socium. Iam olim OSIANDER ille, quem ME-  
LANCHTHON atro notauit lapillo, gloriabatur, se liber-  
tatem retinuisse, nec admisisse villa vincula; grauiter repre-  
hendens, quod docentes protestantium adstringerentur ad  
conf. Augustanam. Atque in extenuandis adspersandisque  
symbolis plurimos nactum esse sectatores OSIANDRVM,  
ecquis tam imperitus est, ut nesciat. Non enim clanculum,  
aut per cuniculos, sed palam, & Pyrrhonio more conantur  
haud pauci nostra etiam aetate labefactare recte tradita.  
Neque profecto quisquam abiectius ac contemptius, quam  
ARNOLDVS cum sui similibus ecclesiae symbola potuit  
aestimare, merito suo propterea castigatus a cordatiорibus.

Qui

*Augsburg und Leipzig zur Vereinigung der Päpstlichen und  
Euangelisch-Lutherischen Lehre nach der Reformation zum  
Vorschein gekommen, Lipsiae MDCCXXI, cui editioni praesixa ef-  
figies fabricam sistit, ferrum candens ad incudem & malleos reu-  
cantem, cum non inficeta quadam inscriptione.*

Qui tametsi nihil reliquum fecisse videantur in retundendis refellendisque istiusmodi strophis & clamoribus , tamen quod dolendum est , nihilo secius reperiuntur homines , qui probent laudentque , quae non sine offensione aliorum coaceruata sunt in libros symbolicos conuitia . Nempe aegre ferunt , prohiberi *id iοβ&λέειν* , & fingere nouas opiniones , quarum seges semper fuit amplissima . Videre id licet ex iis saltem , quae praecise de conf. Augustana prodiderunt . Longum est , neque nunc necessarium hic commemorare ea , quae plura passim ab aliis in apertissimam A. C. iniuriam clam palamue iniquissime congesta legitimus . Et fallimur , an meliore loco habendum subdolum istud GVNDER- MANNI institutum , dum comparabat illam quidem , ne praeue contemtimque de ea sensisse videretur , ad vetera symbola : eam tamen veteribus istis vel ideo censebat inferiorem , quod illa , iam ab ecclesiis constitutis , post praeuias deliberationes scripta essent , & anathematismis etiam munita ; haec autem ab ecclesia disiecta , & eluctante e tenebris , subito contexta , ad deliberandum a supplicibus , cum manifesta conditione explicandi ea , quae visa fuerint obscuriora . (a) Imprudenter enim arguit confessionem nostram subito conscriptam esse , & citra praeuiam omnino deliberationem . (b) Namque , quod capite priori ostendimus vberius , iam anno , qui proxime antecedit comitia Augustana XVII. articuli Torgauiae Suobaciue a Luthero consignati erant , & ad subscribendum quoque propositi , immo vero mox sub initium anni MDXXX . quum comitia ab imperatore indicerentur , certiores de imperatoris voluntate facti , mandarunt suis theologis protestantes , ut summa doctrinae , in ecclesiis suarum regionum sonantis , scripto com-

(a) Vidi eiusdem theses GEORGII MULLERI *Spongiae absterioriae ex Germanica Versione 1592.* ab venerando Praefide , 1730. Kiliae recusae , vel potius praemissae ibidem pereleganti introductioni p. 27. seqq. subiunctae , thes. 21. & 22.

(b) Quod spissum quoque LAVRENTII FORERI mendacium erat , iam dudum a nostratis explosum : *Aug. Confessionem subito & in summa festinatione conscriptam esse.*

comprehendenderent; vti litterae B. LVTHERI ad IVSTVM  
 IONAM, a die XIV. Martii testantur; eas vero exhibit  
 COELESTINVS bīst. tom. I. pag. 24. Ex quo omnino colligi  
 potest, integris fere quatuor mensibus Confessionem Au  
 gustanam sub incude atque diligentissime elaboratam fuis  
 se, nec enim prius, quam fere sub finem mensis Iunii de  
 dum publice comparuit. Alioquin, nisi prorogatio comi  
 torum, (indicta enim erant ad diem VIII. Aprilis,) interue  
 nisset, festinatus vtique omnia fuissent persequenda. Sed  
 vero singulari quadam Dei Optimi Maximique prouidentia  
 factum est, vt illa ex Aprili in Iunium transferrentur; ne  
 scilicet tempus singula expendendi deesset conditoribus con  
 fessionis. „Namque ante conuentum ipsum, perhibente id  
 „MELANCHTHONE, praesentibus principibus, & aliis  
 „gubernatoribus, & concionatoribus ordine disputatum est  
 „de singulis sententiis: ac deinceps etiam Luthero tota for  
 „ma confessionis missa, in *praefat. tom. I. 00.* Nauiter ergo  
 oportet impudentem esse, qui obuertat, festinato fuisse  
 contextam confessionem, cum in aprico positum sit, quod  
 iam ante aliquot hebdomas, quam proponeretur, ad fi  
 nem perducta fuerit & ventilata quoque. Ac, licet ita se  
 res haberet, vt volunt aduersarii, tamen materia, ex qua  
 confessio Augustana exstructa est, multo ante parabatur;  
 vt forma eius, quam a conditoribus suis accepit, non adeo  
 multum laboris aut difficultatis habere potuerit. Nihilo  
 minus mouentur haec talia aduersus confessionem, quum  
 ab exteris, tum a domesticis eius aduersariis. Ad reliqua  
 GVNDERMANNI obiecta respondet item GEORG. MVL  
 LERVVS *libel. cit. pag. 27. seqq.* itaque in iis refellendis non  
 erimus nimis operosi. Tandem enim ad ARNOLDVM  
 progrediendum, virum, si quis alias, certe in extollendis  
 quibusque symbolis adeo temerarium, vt ab indifferenti  
 smo, quo nihil in religionem Christianam inimicus ac  
 infestius est, prope abfuisse videretur. Vnde nec quid  
 quam sibi magis solemne erat, quam formas credendi tra  
 dicere, &, tamquam aduersas libertati Christianae, con  
 scienc

scientiarumque carnificinam, modis omnibus & improbare  
 & detestari. Hocque negotii sibi datum credebat, vbi ple-  
 rumque vel nulla, vel leuis admodum se ei offerret occasio.  
 Id quod ex scriptis eius luculentissime potest comprobari.  
 Ita enim alibi: *von den Lehrern, im ersten seculo, ist wohl zu  
 mercken, wie sie gleichwohl oft so ansichtig und vngleich von theolo-  
 gischen Materien reden, als kaum manchmahl diejenigen gehabt ha-  
 ben, welche man nachgebends vor Käutzer erkläret hat. Das machte,  
 inquit, man sahe noch damahls bey der übrigen ersten Einfalt mehr  
 auf die Sachen, auf die Ausübung, und den Sinn der Lehrern, als  
 auf den blossen äußerlichen Ausdruck, wie er in Worten geschahet.  
 Man ließe sich viel lieber und sicherer der Regierung Gottes über, in  
 Beschreibung göttlicher Dinge, als dass man sich nach dieses oder  
 jenes Lehrers einseitiger Vorschrift gerichtet hätte. So wusste man  
 auch von keinem Gewissens-Zwang in Religion, und GlaubensSachen,  
 von keinen vorgeschriebenen Formeln, Bekänntissen, Systematibus  
 und dergleichen; in baeresiologia tom. I. Lib. II. cap. II. §. VI.*  
 Quippe in quibus laudare non nihil, & simul queri videtur  
 ARNOLDVS. Laudat quidem, ac probat veteres christia-  
 nos illos, quod solis scripturis adhaeserint; queritur autem,  
 ac tanto atrocius traducit morem recentiorum, pio & utili  
 consilio institutum, ne docentes a confessione Augustana  
 dissentirent. Quae salutaris gubernatio quam necessaria sit  
 hoc cum primis miserabili statu ecclesiae, res ipsa quemque  
 docet abunde. *Sane, vt adposite aliquando de ARNOLDO  
 iudicabat GOTTLIB. WERNSDORFIVS, dum symbola, &  
 innocentes loquendi formulas quauis occasione reprehendit, ac taxat,  
 nihil aliud dolere, & miserari videtur, quam ecclesiam non maiori  
 expostram esse periculo, aut veritatem pluribus opportunam insidiis;  
 in commendatione de indifferentismo religionum, pag. 512.* Nec ge-  
 neratim tantum quaevis symbola adspersnatus est ARNOL-  
 DVIS, verum ipsam confessionem quoque, quam inter me-  
 ras traditiones refert, & constitutiones humanas, diuino  
 honori nimium derogantes. Ita enim, vbi alia satis im-  
 pudenter dixisset, exprobrat: *ia freilich ist nicht zu leugnen,  
 ob es gleich mit allerhand Verdreibungen und distinctionen  
 will*

O 2

als. 200. polendo

23.

2

4.

32

will bemaenelt werden, dass durch solche Dinge Gott vnd seinem Wort die Ehre geraubet, der Menschen Worte vnd Satzungen vor göttlich vnd unbetrüglich gehalten, vnd die Gewissen auf solche sich zu gründen gezwungen, ia gar die schrecklichsten Eydschwübre gefordert werden, über welche Tyranny wohl keine grössere seyn mag.

(a) Nempe vellicat confessionem, quod iureiurando docentes ad eam adstringantur. Quantum vero iam intersit ecclesiae, habere publicam fidei formulam, ad cuius praescriptum omnes, qui docendi munere funguntur, se componant, ex antea adlatis patet, vbi de earum necessitate differuimus. Huc interim spectant, quae summe venerandus Praeses hanc in rem prodidit, hanc vim, inquiens, hocce momentum habet, quod & exigitur, & praestatur iusurandum, ut cacoethes illud, quidlibet sibi indulgendi, animique connatam levitatem, ne quid timeri inde iure possit, caute supprimat, tum & opinionibus depravatis, ac doctrinae sincerae corruptelis inuechendis occasionem praescindat. Ecquis autem, nisi temere putauerit, perperam omnino ac absurde factum, & iniusti culpa non vacare, si ecclesia, aut qui eius nomine agit magistratus Christianus, vagam licentiam, procacemque quiduis opinandi non tantum, sed & docendi libidinem, ne diuagetur impotentius, qua decet fide coercent, & aedaciae frenos iniiciat. (b) Neque adeo confessio nostra humanis accensenda est traditionibus; doctrinae enim, quam formae eius externae, potior semper haberi debet ratio. Tum & veritates diuinae, quas expresit, atque ab ipsis scripturis diuinitus reuelatis apertissime sumvit, a nullis hominibus, si rationes recte consiciamus, vel ortae vel adinuentae sunt. Cuius optime concii pii confessores in praefat. ad CAROLVM Imperatorem, offerre se profitentur, doctrinam ex scripturis sacris, & puro Dei verbo petitam.

## §. XI.

Nihilo secius, vti nec ipsa diuinior scriptura, ita nec A. Confessio ab huiusmodi hominum insultibus prauisque

(a) Historiae haeresiologicae, tom. II. lib. XVI. cap. XVIII. §. X.

(b) Commentatione laudata, de eo quod iustum est circa religionem & libros ecclesiae symbolicos, dissertationum historico-theolog. pag. 289.

23.

conatibus exsors plane mansit, qui incomparabile istud coetus nostri depositum eiusque germanum sensum ex spiritus sui vertigine peruerendi proflus, & ad inanes friuolasque hypotheses, vel fanaticas opiniones detorquendi, praeposteram omnino opera studioque vere improbo adnisi sunt. Sufficiat ex pluribus aliis, breuitatis caufa nunc praetereundis, vel vnico recentissimoque ad XVII. articulum A. C. id planum explicatumque reddidisse. Enim uero negari non potest, quod elato per beatum LV THERVM meliora sperandi signo, variae statim, ac pleraeque etiam pernitiösae coortae fuerint sectae; sed tamen Lutherus ipse, quantum poterat, maxime earum errores detestabatur. Idque omnino maiores nostri egerunt, vt edita confessione temere impactas errorum fanaticorum imputationes refellerent. Quod oppido factum deprehendimus in hoc ipso articulo XVII. vbi confessores exhibent doctrinam de consummatione seculi & Christi ad iudicium adparitione, resurrectione mortuorum, itemque electorum aeterna beatitudine, impiorum autem infernali semperque duraturo cruciatu. Quae ultima manifestum est Anabaptistis potissimum fuisse opposita; quippe qui docebant, diabolorum, ac damnatorum poenas finem aliquando habituras. Restitutio quidem illa omnium non recens ab Anabaptistis excogitata est, nec ORIGENES tantum, sed iam tum IVSTINVS martyr, THEOPHILVS Antiochenus, TATIANVS, ARNOBIVS, IRENAEVS persimilia fere de suppicio damnatorum existimauerunt; obseruante id HVGONE GROTIO, in not. ad Matth. XXV. 46. Et vero dubitari nequit, quin nonnulli veteris ecclesiae doctores loco isto I. Petr. III. 19. & IV. 6. indueti sint, vt crederent, descendisse Christum ad inferos, & vita defunctis ibidem euangelium salutem promittens adnuntiauisset. Quam opinionem frequentissimam esse in antiquis patrum monumentis, fatetur etiam THOMAS ITTIGIVS, in exercit. theolog. *de euangelio mortuis adnuntiato*, §. XI. pag. 276. seq. Evidem hosce omnes cum anoxaratageweis hodiernis patronis facere nolim adse-

O 3 verare,

HO SECTIONIS II. CAPVT SECUNDVM DE

verare, quin in eo tamen consentiunt, quod liberationem quamdam ex inferno futuram existiment; vt adeo doctrina haec sua se antiquitate si id rem omnem conficeret, quodammodo tueri posset, aësecus sentientibus haud leue facessere negotium. At vero, quum res omnis ad scripturae sacrae decisionem redeat, patrocinium hoc antiquitatis *ἀποκαταστάσεως* adsertoribus exiguum sane praebet perfugium. Namque scriptura sacra poenas damnatorum expresse aeternas adpellat; *vincula* nempe aeterna (a), caliginem te  
nebrarum aeternam (b) ignem aeternum (c), & quum torquendi dicuntur die, ac nocte, eis τὰς οὐâνας τῶν οὐâνων, in secula seculorum (d), aequae ac apud Prophetam:

**תּוֹלְעָתָם** *לֹא חַמּוֹת וְאַשְׁמָה לֹא חַכְמָה* vermis eorum non morietur,  
*וְאֵגֶן* eorum non extinguetur (e). Itaque vero scripturae sensu suam hac in parte sententiam exponunt maiores nostri. Confitentur enim, quod Christus adparebit in consummatione mundi ad iudicandum, *וְמוֹתֻעוֹס* omnes resuscitatib; pitis *וְאֱלֹקִים* dabit vitam aeternam *וְפְּרֶטֶרֶת* gaudia, impios autem homines ad diabulos condemnabit, ut sine fine crucientur. Contra vero damnant Anabaptistas, qui sentiunt hominibus damnatis ac diabolis finem poenarum futurum esse. Artic. XVII. Et quis possit iure inficiari, clarissimis & nequicquam fallentibus verbis heic in confessione reiici hypothesin illam de fine poenarum infernalium, vt adeo mirari subeat repertum esse quempiam, qui consensum huius articuli pro eo, quod prorsus damnat, solicitaret. Repertus tamen est, qui, post IO. GVILIELMVM PETERSENIVM, *ἀποκαταστάσεως* defensionem ex professo denuo in se suscipiteret, M. LUDOVICVS GERHARD, edito ante aliquot annos prolixo satis opere (f). Quo ipso multo-

(a) Epist. Iud. v.6. (b) Ibid. v.13. (c) Matth. XVIII.8.  
*וְXXV.41.* (d) Apoc. XIX.11. *וְcap. XX.10.*

(e) Es. LXVI.24. collato Marc. IX.44. 46. 48. *וְLuc. III.17.*

(f) Sub hoc titulo: *Systema ἀποκαταστάσεως*, das ist, vollständiger Lehr-Begriff des ewigen Euangelii von der Wiederbringung

DE INSIGNI AVG. CONE AVCTORITATE. III

rum in se calamos & simul indignationem prouocauit.  
Enimvero praeter theologos Rostochienses (g), etiam BVD-  
DEVVM (h), WALCHIVM (i), NEVMEISTERVM (k)  
aliosque expertus est aduersarios, ex quibus, quia scripsit,  
quae voluit; audiuit ea sine dubio, quae noluit. Nobis id  
dumtaxat reliquum videtur, vt, quae speciatim de Augusta-  
na Confessione disputat, expendamus. Etenim, quia hanc  
sibi potissimum obstat animaduertit, nec prorsus se eius  
contemnere vult videri auctoritatem; subinde conatur per-  
suadere lectoribus, eam suae non repugnare hypothesisi; si  
nimirum ex ipsius ingenio vera confessionis sententia ex-  
plicetur. Censet enim mox latinum textum ex germanico;  
mox germanicum ex sacro codice interpretandum esse, prou-  
ti sibi commodum videtur; quin immo phrasin illam *eru-*  
*cabantur sine fine neutiquam existare in germanico exempla-*  
*ri, sed accessisse tantum in latino, contra mediatam spiri-*  
*tus sancti inspirationem.* Vid. pag. 33. in *præfat. operis sui.*  
Verum enim vero liquere ei satis poterat ex responsu theo-  
logorum & iureconsultorum Ienensium, quod ipsem loco  
exhibit, in articulo XVII. *Confessionis Augustanae, editionum*  
*latinae & germanicae nullum discrimen esse, vocemque germani-*  
*cam ewig, recte per rō sine fine latine expressam.* Nec video  
projecto, quo iure, quaue ratione discrimen aliquod inter  
exemplum germanicum atque latinum hic quaeri possit.

Ne-

gung aller Dinge, samt der ungegründeten gegenseitigen Lehre  
von der unendlichen Verdammnis, 1727. Cuius & vindiciae  
prodierunt, 1728.

(g) *Inscribitur: redlich und deutliche Entdeckung derer offenk-  
kündigen Unwahrheiten, welche M. L. G. in seinem Systemate  
αποκαταστατεως auszusprengen kein Bedenken genommen,*  
Rostoch, 1728.

(h) In *dissertat. de paena damnatorum numquam finienda.*

(i) Tomo tertio suaे introductionis in *controuersias.*

(k) *Edito tractatu peregrio: gründliche Wiederlegung des*  
von M. L. G. neulich herausgegebenen kurzen Begriffs von der  
also genannten Wiederbringung aller Dinge, Hamburgi 1730.

Neque est, quum latina illa verba, cruciabuntur sine fine, apertius sibi suaequae sententiae aduersari putet GERHARDVS, cur latinum A. Confessionis exemplum minoris inde faciendum, nec eodem pretio ac honore habendum, immo germanicum in hac potissimum causa pro solo authentico agnoscendum esse tantopere contendat. In quo prorsus ipsum, falsum esse, coque frustra eniti, ut nescio quam praerogatiuam, vel <sup>Georgievicay</sup> Germanico p[ro]latino tribuat, vel ipsa Conf. Augustanae exhibenda historia sole meridiano clarius ostendit. Siquidem haec edocet vberim A. Confessionem germanica pariter atque latina lingua, quemadmodum praeceperat Imperator, (a) eodemque in sensu, & eadem sententia cum consignatam, vtramque etiam sine discrimine vlo, sineque villa, quod altera alteri preferenda sit, mentione Caesari oblatam fuisse; ita vt, quamuis quoad verba vel leuis interdum mutatio facta sit, vtrique tamen maximam & exquisitissimam in sensu & doctrina vbique reperiri conuenientiam in aperto sit. (b) Ecquānam ergo fronte doctrinam istam de spirituum pariter ac hominum

damna-

(a) Ita enim in Confessorum nostrorum ad Imperatorem p[ro]fatione legitur: *Cum igitur V. C. M. Electoribus, Principibus & aliis statibus imperii etiam hic Augustae sub ipsa initia horum comitiorum inter caetera proponi fecerit, quod singuli status imperii vigore caesarei editi suam opinionem & sententiam in germanica & latina lingua proponere debeant atque offerre.*

(b) Id quod etiam iam olim Theologis saxonis auctoribus der nochmahligen unvermeidentlichen und gründlichen Haupt-Vertheidigung des Heil. Römischen Reichs Euangelischer Chur-Fürsten und Stände Augapfels a. 1631. Cap. 29. p. 527. obseruatum: Die Augspurgische Confession stimmet der Lehr nach, in teutscher und lateinischer Sprache, dergassen überein, dass keine der andern zu wider läuffet: Vnd zwar so ist die Lateinische nicht eben an der Teutschen Wort gebunden, dass sie genau nicht mehr noch weniger Wort haben dörft: Dann dem Römischen Kaiser keine Dollmetzung, sondern eine einige Confession in zweierley Sprachen übergeben worden.

23.

damnatorum poenis infernalibus aliquando finiendis in latina quidem A. Confessionis editione reiici, in germanica tamen vtique admitti probarique verosimile esse Gerhardus existimauerit? Et sane miror, quod tam confidenter contra Ienenses Theologos ausus fuerit argumentari: *Wo das nun seine Richtigkeit hat, wie Theologi Ienenses lebren, so ist in der Augspurgischen Confession nichts enthalten, welches der Lehre von der Wiederbringung aller Dinge könnte entgegen seyn: Denn wir glauben und bekennen ja auch, nach Gottes Wort, dass die Pein der Verdammten werde ewig seyn, so wie es die Augspurgische Confession haben will.* Quod omnino ita se haberet, si ipsam confessionem ex mente GERHARDI interpretandam esse largiremur. Contendit enim, ne doctrinae de restitutione generali obstant, improprie ita verba exponenda, vt non aliud inde emergat sensus, quam poenas & cruciatus damnatorum vtique esse finiendos. Quod tamen Augustanae confessionis conditoribus numquam in mentem venisse ipsem et ante prudens sciensque fatebatur: *Dass diese Lehre wider die Augspurgische Confession sey, und insonderheit wider das lateinische Exemplar, da die Worte: sine fine, klar und deutlich stehen, dawon ist bey mir kein Streit zu machen; es wäre denn, dass man die Redens-Art: sine fine, wolte improprie verstehen. Allein das kan auch nicht wohl seyn: weil aus anderen unfehlbaren documentis klar zu Tage lieget, dass die gottseiligen Bekenner solches keinesweges improprie, sondern proprie verstanden haben, loc. cit. pag. 24. seq.* Nihilo scius omnem mouet lapidem, vt Aug. Conf. conditoribus mentem ac sententiam penitus aduersam, sibique ac peruersae hypothesi suae magis consentaneam, nescio quibus fidiculis, extorqueat, sique talem hic expressam aeternitatem putide configat, quae neutiquam infinita sit, ohne Ende und Aufhören, adeoque durationem nunquam finiendam, sed tandem aliquando finem habituram significet. At enim nouum non est atque inusitatum hisce hominibus, aliorum verba, prout placet, suisque praecognitis opinioribus conueniens, probrose interpretari, immo in alienum planeque contradictorium peruertere sensum. Quin tantum

P. tun

2

32

tum sibi indulget GERHARDVS, vt ipsius Scripturae non modo, quod ex toto tractandi negotio manifestum est, sed & librorum symbolicorum mentem sententiamque, nequam ambiguam, fingendi & refingendi licentiam vbius ferme sibi sumat, idque pro arbitratu sibi licere credat. Atque hoc est, quod PETERSENIVS, velut antesignanus, in spississimo isto opere *de Mysterio απονασάσεως πάντων*, tribusque voluminibus annis 1700, 1703 & 1710, germanice excuso, nimis solens profecto facit. Cuius scrinia nostrum gnauiter compilasse, eademque somnia ac commenta vell crambem recoctam, & eadem ferme ratione (si histrionicas minusque urbanas illas artes, scommata, dictoria mittamus) repetiisse, vel ex ipso euolutione adtentioreque collatione liquido patet. Sed vt ad rem redeamus, id satis erit addidisse, haud aliter ipsum hic sensisse LVTHERVM, eademque cum Aug. Confessione germanica voce mentem suam ac doctrinam propriae ac natuuae, nec imminutae eiusdem significationi, apprime conuenientem in ipsis XVII. articulis tanquam archetypo Confessionis exacte expressisse. (a) Interim cum hac via rem sibi minus feliciter succedere, ac parum praesidii in ipsa confessione, poenarum infernalium vere stricteque sic dictam aeternitatem adserente situm esse animaduerteret; eo tandem audaciae,

an

(a) Ita enim in articulo decimo tertio, qui in confessione nostra hic ipse decimus & septimus est, verba se habent: *Vnser Herr IESus Christus wird an dem iüngsten Tag kommen, zu richten die Lebendigen und die Todten, und seine Gläubigen erlösen von allem Vebel, und in das ewige Leben bringen, die Vngläubigen und Gottlosen straffen, und samt den Teuffelen in die Hölle verdammen ewiglich.* In latinum sermonem hoc pacto conuersa leguntur apud COELESTINVM, *Histor. Comiticorum part. I. p. 28. seq.* Dominus IESus Christus in nouissimo die venturus est, ad iudicandum viuos & mortuos, ut credentes, ab omni malo liberatos, vita aeterna donet: Incredulos vero atque impios poenis adficiat, & cum Diabolis in inferno aeternis cruciatibus puniat.

23.

2

4.

32.

an insaniae dicam, progressus est, vt pro sua libidine, licet initio aliud quid p[re]ferre videatur, Augustanae Confessionis conditores diuinarum litterarum effatis e diametro repugnare contenderet; quin immo ex singulari spiritus sancti directione per *Geor[ge]us i[oh]ann[es]* mediata[m] id contigisse, vt eiusmodi praeter mentem atque intentionem suam adhiberent vocem, quae quidem aeternitatem, at nequitiam durationem fine prorsus destitutam denotaret; adeoque contraria hanc de restitutione vniuersali hypothesis magis communiret, quam specie aliqua conuelleret. Videbit ipse auctor qua ratione haec omnia inter se conciliari queant. Largitur enim auctores Augustanae Confessionis mediata, quae dicitur, inspiratione diuina gauisos esse, quo ipso concedere pariter eum necesse est, nihil eos scripsisse, quod non exacte cum scripturis conueniat, etiam tum, cum Anabaptistarum errorem damnando palam fecerunt, se aeternitatis voce durationem fine carentem intelligere. Equidem iactat saepius spiritum sanctum singulari ratione rem ita direxisse, vt auctores confessionis voce *aeternitatis*, scripturae sacrae suaeque adeo opinationi magis quam vulgato sermoni congrua, vterentur. Verum, vt absurdia alia nunc fileamus, si vel verbo isto *aeternitatis* prorsus abstinuissent confessores, damnato Anabaptistarum errore, quippe qui eiusmodi deliria venditabant, non plane essent aliter interpretandi, quam quod vniuersalem omnium restitutionem damnant, auersentur, & omnino improbent. *Interpretatio enim ita est instituenda, ne quis sibi contradixisse temere videatur.*  
 (a) Caeterum consilium illud, qua ratione libri symbolici cum scriptura sacra, quam tamen fundamenti & principii loco se habere profitentur, seu potius cum eius hypothesi, conciliandi sint, explosit iam tum *BVDDEV[er]S*, *dissert. de poena damnatorum numquam finienda*. Enimuero fallitur turpiter, dum eos, qui suam de restitutione vniuersali doctrinam reiiciunt, genuinum & vnicum illud Augustanae Confessionis

P 2

fessio-

(a) Ut officias lectoribus suis obiiceret, produxit haec auctor p. 26. ex *BVDDEI philosophia instrument. Part. II. cap. II. §. 14.*

fessionis principium euertere, ac labefactare censet; quasi vero id, quod de poenis & cruciatu damnatorum numquam finiendo palam aperteque ibidem docetur, cum scripturis sacris nullo modo consentiat? Vere & omnino adpositae de summa caussae fiducia, qua nis ubique prae se fert, o. u. BVDDEVS iudicavit: *Fucum ea imperitis facere potest;* minime autem illis, qui sciunt, variis ex caussis, imaginandi praesertim vi per affectum quedam excitata & corroborata, contingere posse, ut de erronea falsaque persuasione non minus aliquis sibi certus esse videatur, quam de luculentissima veritate; loc. cit. Et enim, postquam fallacijs a veritate semel abductus est, a lios quoque sollicitat, vt certum firmissimumque esse credant, quod lubricis admodum innititur fundamentis. Quin immo iam leui plebeculae, cui quiduis imponere facile est, errorem perniciossimum propinavit; non enim desunt, qui, quum verum a falso dignoscere nequeant, ipsum faciliter negotio reuera triumphare posse existiment. Immo & nullo inde ecclesiam vrgeri incommodo, nec vel minimum hinc ipsi periculum damnumue verendum. Quasi vero nullum inde ecclesiae immineret periculum, si dogmata saluberrima certissimaque non recte ac dextre proponantur; aut noxia contra quae sunt, non modo non repudientur, sed adprobentur quoque, ac defendantur magis. Verum auctor regerit, istam *άπονατασάτεως* doctrinam adeonoxiam non esse censem, tantumque abesse, ut homines ad securitatem carnalem adducat, vt eos potius ad mentem serio mutandam, emendandamque excitet. At enim si cum rudibus & indoctis sibi res foret tantum, nullus dubito, quin consentientes multo plures reperiret; contra illis, quibus mortalium indoles perspecta est ac explorata, quine ad ea, quae omnium oculis quotidie se offerunt, diligenter attendunt, nunquam istud, BVDDEO iudice, persuasurus est, vt adeo multi hac defacere verba neceesse non sit; loc. cit. Quare haec et alia, quae alii contra insultus auctoris solide protulerunt, non repetimus. Propositi nostri interim ratio in id conueniebat, vt confessionem Augustanam, sub cuius nomine haeresin tegere.

vel prouehere potius machinabatur, vindicaremus; ne, quum eam obtorto veluti collo ad pernitiosum dogma suum adserendum trahit, suspicio quaedam nonnullis suboriatur, libros nostros quoque symbolicos, doctrinam *ἀποκατασάσιων*, quam diserte negant damnantque, nihilominus aut admittere, aut certe non prorsus adspernari.

S. XII.

Id propter, cum pro eo ac volebat GERHARDVS vel ex ipsis libris symbolicis caussam suam nequicquam adserere, & nihilo melius ornare posset, eo tandem configendum ratus, ut tale fibique palam in confessione nostra aduersum & verum assertum ad apertam naeuorum errorumque classem referre nihil dubitaret, censeretque hoc sibi eo magis integrum esse, quod eiusmodi complures aberrationes in scriptis ecclesiae nostratis publicis passim & subinde reperiri communne ferme *ἔγνωση* esset. Quod & aperte confiteri, ceu cardatos decet, vtique necesse est. Quo factum, ut eo etiam impensis operam conferrent adlaborarentque theologi orthodoxi, ne labem eiusmodi scriptis innocentibus diuinisque, humana licet opera consignatis, non tantum quoad *accidentalia*, vel parerga, sed qua ipsa pariter dogmata temere, quin improbe adfricari paterentur. Nos sane celeberrimo WERENDORFIO in hoc lubentissime adstipulamus, dum in erudita *de autoritate librorum symbolicorum* iam semel atque iterum collaudata dissertatione haud vane nec imprudenter p. 9. adstruit: *Cum ne priuatorum quidem scriptis, siquidem illa in pretio habemus, errores, ut leuiores, praeter meritum tribui patiamur: sane in vitio ponendum non est, si ne pararamata quidem aut errores circumstantiales in libris symbolicis insuere temere concesserimus.* Quin tutius omnino consultiusque ducimus, hosce tales errores prolapsionesque, pararamata, aliaque, quocumque etiam nomine adpellitentur, & quibus ipsis symbolis multopere illuditur, in istis *accidentalibus* librorum symbolicorum, (quaniuis iisdem haud prorsus & vbique carere insciandum non sit), neutiquam, & nulla quidem urgente necessitate, nullisque evidentibus caussis pro libidine cumulare, vel configgere incaute, vbi plane

P 3

non

non adsunt. Adhaec nihil melius expedire putamus si parum circumspecte haec talia, & ex nimio hypothesium tuendarum studio vel praejudicio, vt loquuntur, tam sollicitate ac audacter in medium protrudantur. Et ab hac nota, vel ea etiam interspersa, vt vocat, & in Statuta articulorum fidei, errorum santic, & elenchi necessarii, cap. II. Thes. XV. & XVI. p. 62. seqq. celeberrimus LOESCHERVS adfert, fallimur an singula penitus adeo eximenda sint. Quod cum venia Venerandi Viri ingenue hic profiteri liceat. Et quid est, ea ipsa, quae cum voce Ecclesiae, prout in libris symbolicis sonat, concilianda magis ac coniungenda sunt, tantopere ab eadem separare vel disiungere, adeoque non pro Ecclesiae, sed pro mera Doctorum, quorum ope Ecclesia sua est, voce & sententia habere. Proinde nec inutile aut superuacuum erit, si ynuim alterumue specimen ac exemplum, quod ad ipsam quoque doctrinam, vel eius proponendae rationem modumque spectat, cum ex Aug. Confessione, tum ipsius Apologia, vel leuiter & velut in transcursu hic adducamus, & ab intentata, nescio cuius ἀνυπολογίας, vel aberrationis culpa adseramus. Primum hic locum occupet illud, quod confessio Augustana remissionem peccatorum, & iustificationem, tamquam res duas easque diuersas usurpet. Verba articuli IV. sunt: *Item docent, quod homines non possint iustificari coram Deo propriis viribus, meritis aut operibus, sed gratia iustificantur propter Christum per fidem, cum credunt se in gratiam recipi, & peccata remitti propter Christum.* Idque iam olim annos 1579. DAVID CHYTRAEVIS animaduertit in epist. quadam ad IACOBVM ANDREAE, quam GODOFREDVS ARNOLDVS non alio fine refert, quam vt libros symbolicos manifesti erroris argueret; adiicit enim, se multo plura eiusmodi paroramata ex aliorum scholiis posse suppeditare. Legelis historiae eius haeresiologicae, tom. II. lib. XVI. cap. XVIII. §. IX. Atque id, quod a Chytraeo forte tentandi tantum cauſa prolatum est, quasi ex tripode dictum interpretatur, erroremque credit esse capitalem, ac ipsi analogiae fidei prorsus repugnantem. At vero iustificatio-

& pec-  
non

23.

& peccatorum remissio, hoc loco non describuntur, ut diversa; namque articulo subsequentे sexto, itidem coniunguntur, moxque iustificatio per remissionem, mox remissio peccatorum per iustificationem exponitur, quadam ἐπεξηγήσει, quam confessio frequenter adhibet, remissio peccatorum ait, & iustificatio fide adprehenditur pag. 11. remissionem peccatorum, & gratiam & iustificationem tantum fide consequimur, pag. 16. remissio peccatorum & iustificatio, pag. 18. non possumus, per legem a peccato liberari ac iustificari; sed data est promissio remissionis peccatorum & iustificationis propter Christum - promissio gratis offert remissionem peccatorum & iustificationem - euangelium est proprie promissio remissionis peccatorum & iustificationis propter Christum, pag. 67. euangelium offert propter Christum remissionem peccatorum & iustificationem pag. 71. consequi remissionem peccatorum est iustificari, pag. 73. iustificatio est remissio peccatorum, pag. 121. cuiusmodi exempla larga manu suppeditat IO. FRIDERICVS WALLISERVS in vindiciis librorum symb, pag. 79. Ipsi scriptura sacra vnum eundemque actum iustificationis describit triplici loquendi modo in eodem contextu, vt Psal. XXXII. 1. 2. et Rom. IV. 7. 8. beati, quorum remissae sunt iniquitates, & quorum obiecta sunt peccata; beatus vir, cui non imputarit Dominus peccatum. Vocat nimur iustificationem peccatorum remissionem, oblationem, ac non-imputationem. Tresque phrases adhibet Dauid, duas, per translationem, metaphoricas, & unam propriam, quarum quaelibet opera nostra excludit. Nam homo ab hiropsalte beatus praedicatur, cui remissa est iniquitas, cui obiecta peccata, cui a Domino non imputantur peccata (a) Itaque modo coniuncta quae sunt, ne diuellantur prorsus, facile omnis fallacia diuisionis aliae difficultas exspirabit, nec ullam istud dubium confessioni nostrae vel leuiculam adspiceret maculam. Quod neutquam tamen sic volumus intelligi, ac si eos partium nostrarum theologos, hosque adcuratissimos, hallucinationis postulare audeamus, qui

(a) Conf. DANNHAVVERVS in *Hodosophiae phænomeno XI.* pag. 700. edit. Lips. & SONNTAGIVS in illice anti-symbolico & obice orthodoxo, §. XI.

qui remissionem peccatorum & iustificationem tanquam  
res duas quodammodo etiam diuersas pasim constituunt,  
& iustificationem, sive iustitiae Christi imputationem at-  
que remissionem peccatorum, veluti fundamentum, & id,  
quod inde destinatione diuina consequitur, immo, nostro  
concipiendi modo naturaeque ordine, ut prius & posterius,  
haud incommode discernunt. Quos ingenti profecto nu-  
mero huc accensere, si liberet, resque ipsa posceret, in ex-  
pedito facilique omnino esset. (a) Secundum est, & eo  
quidem nomine ex Apologia Confessionis huc aduocandum,  
quod inde GERHARDVS quoque in praef. Systematis An-  
nualis sibi, suaque interpretandi Aug. Confessionem  
rationi, adiumenti aliquid accedere posse, quamuis frustra  
opinatur. Ita vero se habet: *Vt explicaremus pias conscientias*  
*ex his labyrinthis Sophistarum, constituimus duas partes poeniten-*  
*tiae, videlicet contritionem & fidem.* Si quis volet addere  
tertiam, videlicet, dignos fructus poenitentiae, hoc est, mutationem  
totius vitae ac morum in melius, non refragabimur, in articulo V.  
pag. 165. & 168. In comperto quidem est, admisisse collocu-  
tores in Augustanis comitiis, immo saltem admittere voluisse  
tertiam partem poenitentiae: modo aduersarii pro suis ca-  
nonicis satisfactionibus itidem dignos fructus poenitentiae,  
sive mutationem totius vitae ac morum in melius, intelli-  
gere voluissent. (b) Quid interim per istas satisfactiones  
ecclesia romana innuat, quaedam ad capitis praeced. §. XII.  
diximus. Atque hoc etiam ex concilii Tridentini sess. XIV.  
cap. VIII. colligere licet. Perhibet enim, debere sacerdotes  
Domini, pro qualitate criminum & poenitentium facultate, saluta-  
res & conuenientes satisfactiones iniungere -- ut satisfactio, quam  
impo-

(a) Qui velt & in eo plures adsentientes cognoscere aueat, ex recentioribus MVS AEVUM adeat Ausführl. Erkl. L. XIII. Qu. 73. p. 586. & seqq. BAIERVM Theol. positi. part. III. c. V. p. 757. seqq. BVDDEVM instit. theol. dogmat. tom. posteriori p. 1337. seqq. HEBENSTREITIVM diff. theol. de Aug. Conf. auctoritate p. 23. seq.

(b). Vid. GHYTRAEV<sup>S</sup> in Histog. A. Conf. p. 149. edit. primae germ. 1876. & COELESTIN<sup>V</sup> in Hist. illorum comitiorum tom. III. fol. 43.

23.

2

4

32

imponunt, non sit tantum ad nouae vitae custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam & castigationem. Tantum vero abest, ut satisfactiones sensu euangelico admittat concilium, vt eos, qui in apol. loc. cit. apissimam poenitentiam nouam vitam esse docent, reiiciat, ac damnet. Enimvero nostrates nullam aliam pro peccatis satisfactionem, quam Christi mortem pretiosam agnoscent, quippe quae sola satisfecit pro nobis iustitiae diuinæ, nosque Deo reconciliauit. Quum itaque pii confessores omnia ad scripturae normam exigerent, ostenderunt romanensibus, quo pacto tertia pars poenitentiae, si qua esset constituenda, deberet intelligi; adeoque cum conditione quadam, eos hic locutos esse, longe certissimum est. Vel maxime propterea, quod quoties de poenitentia eiusque partibus proprie sic dictis agunt, eadem fere ratione se expllicant. In confess. Augustana artic. XII. certe, constat, inquit, poenitentia proprie duabus partibus; ac rursus: Ex his omnibus adparet piis lectoribus, nos eas partes poenitentiae ponere, quae proprie sunt in conuersione seu regeneratione, & remissione peccati. Fructus digni & poenae sequuntur regenerationem & remissionem peccati; in Apolog. pag. 171. Proinde, quod in disputando subinde euenit, vt dissentientibus proponatur aliquid, quodamtenus adsumendum, non illico concludendum est, id non modo non reiici sed probari, ac prorsus defendi. Frustra certe est loc. cit. p. 31. dissentiens, quum verba haec Apologiae alioquin facile suffragari errori Socinianorum existimet, ideoque nec aliter explicari posse, quam ut voci poenitentia, hoc loco, terminis, cuiusmodi sunt late & stricte, proprie & improprie, ex schola petitis, occurratur. Sed, quidni ex his, etiam quae antea protulimus, possit locus Apologiae omnibus dubiis liberari, si vel nullos scholæ terminos adhibeamus. Auctores quidem, ad quos prouocat, FRIDEMANVM BECHMANNVM, HOLLAZIVM, WANDALINVM, adde plures etiam, si liber, vsos fuisse eiusmodi distinctionibus in re non adeo impedita, & quae per se liquet; sed id nihil derogat vel integrati vel auctoritati symbolorum,

Q

quip-

quippe quae haud difficulter absque eiusmodi etiam subsidiis saluari atque expediri poterunt III. Idem Auctor aliis ut persuadeat a formali, ut ait, vocum significatione numquam se discedere, laudemque hanc sibi quasi propriam esse, alterum profert exemplum, quod euangelium in apologia audiat concio poenitentiae, perterrefaciens & arguens conscientias. Textus autem ipse est: haec contritio ita sit, quando verbo Dei arguuntur peccata, quia haec est summa praedicationis Euangelii; arguere peccata, & offerre remissionem peccatorum, & iustitiam propter Christum, & Spiritum sanctum, & vitam aeternam, n. r. l. pag. 565. lin. 21. In antecessum nonnihil de sermone, Melanchthoni quasi proprio, notandum est, eum voce euangelii frequenter admodum in laxiori vel generali significatu usum fuisse, ut promiscue persaepe pro verbo doctrinaque Dei diceret euangelium. Id quod ex ipsa Apologia eidens etiam atque perspicuum est: non perturbent nos, inquit, iudicia adversariorum, cum humanas opiniones contra euangelium defendunt, pag. 144. ecclesia significat congregationem sanctorum, qui habent inter se societatem, eiusdem euangelii seu doctrinae, pag. 145. lin. 27. & 2. 3. &, credere euangelio proprie est credere remissionem peccatorum propter Christum donatam. Haec enim reuelatur in euangelio, pag. 168. Hinc oppido iam in Formula Concordiae, speciatim solida eius declaratione, art. V. pag. 710. animaduersum est, vocabulum euangelii duobus modis tum in sacris litteris, sum in veterum ac recentiorum scriptis usurpari. Vno scilicet modo totam Christi doctrinam significare, quam ministerio suo in his terris proposuit. Atque ea ratione Christus legis explicationem & adnunciationem clementiae & gratiae Dei patris sui caelestis est complexus. Quo sensu Marc. I. 1. scriptum est principium euangelii Iesu Christi; nam paullo post totius doctrinae Christi praecipua capita recitantur, de poenitentia pariter ac remissione peccatorum. Ad eumdemque modum, cum Christus euangelium praedicandum iniunxit, Marc. XVI, 15. totius doctrinae suae summam breuissimis comprehendit, inquiens: πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἀπάντα, κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον. Sic etiam Paullus totam suam

suam doctrinam vocat *euangelium*, Act. XX. 24. nec tamen  
 gratiam Dei solum, & remissionem peccatorum, sed legem  
 quoque diuinam Paullus adnunciauit, vt hoc pacto ad pecca-  
 torum agnitionem, poenitentiamque veram mortales per-  
 ducerentur. Et eo quidem sensu generalis illa definitio  
 euangeli in *Apologia* verissima est, quum *euangelium* dici-  
 tur *concio de poenitentia ac de remissione peccatorum*. At vero,  
 inquies, hac ratione a propria & formali vel stricta vocis  
 istius discedendum erit significatione; quid tum. Cur enim  
 hoc non liceat? cum manifesta res sit scripturam sacram  
 vocem hanc idemtidem eodem sensu usurpare. Nec est, cur  
 de distinctionibus & terminis scholasticis, qui suo alioquin  
 vsu haud carent, in hocce *Apologiae* loco tantopere labo-  
 remus, cum, iis omnibus quoque remotis, ex ipsa serie  
 orationis isthaec verba clarissima sint: summa praedicatio-  
 nis euangeli seu doctrinae adnuncianda, est arguere pecca-  
 ta, & offerre remissionem peccatorum. Ministerium enim siue  
 vniuersa euangeli doctrina praeter praedicationem de cle-  
 mentia siue gratia Dei, concionem quoque de poenitentia  
 complectitur, vt ex antea dictis patet. Vnde et, quaenam  
 altera vocis huius acceptio sit, specialius excutere necesse  
 non est. Etenim multo visitior haec est & vulgo nota,  
 neque adeo nobis heic in censum venit. Eo igitur praeter  
 ipsam formulam concordiae conferantur DANNHAVE-  
 RVS in *Hodosophia*, pag. 250. *phaen. VI.* BVDDEVS, *Insti-*  
*tut. theologiae dogmaticae*, lib. IV. cap. I. §. XI. pag. m. 923. seq.  
 Quin ex veteribus quoque praecipue HVTTERVS in li-  
 brum christianaee concordiae p. 461. seqq. & qui vindicarunt  
 speciatim libros symbolicos, CARPZOVIVS, in *isagoge* p.  
 848. WERNSDORFIVS, loc. cit. ad *aphorismum* I. itemque  
 WALLISERVIS, in *vindiciis laudatis*, pag. 162. seq. aliquie mul-  
 to plures. Nostri instituti ratio id solum postulare videba-  
 tur, vt criminacioni nouellae iremus obuiam; quippe quae  
 frustra insimulauit libros ecclesiae symbolicos, vix aliter  
 eosdem defendi posse, quam technicis quibusdam termi-  
 nis, vt pari iure, quum hi aliquid adserunt, quod restitu-  
*Q. 2* *on immobilia* *on immobilia* *on immobilia*

tioni vniuersali aduersatur, a propria verborum significacione illius propugnatores itidem discedere posse euinceret. Idque fas esse, BVDDEVS quoque monuit, si nimur rationes praegnantes id suadent, quales tamen nusquam, nisi in cerebro illorum, qui ἀπονατασάσεως opinionem aliis obtrudere satagunt, inueniuntur. Quam in rem videsis dissertationem eius laudatam de poena damnatorum numquam sibi nienda, & quidem epistola praeliminari. Caeterum eiiores Confessionis Augustanae si qui sint, in circumstantiis modoque tractandi commissi, auctoritati eorumdem parum vel nihil detrahere, equidem firma constansque nostra sententia est. Siquidem ad dignitatem symbolis conciliandam sufficit doctrinae ipsius perpetuus cum scriptura sacra consensus. Nec desunt tamen, qui & horum libros nostros symbolicos immunes esse enixe & acriter contendunt. Quorsum praeter WERNSDORFIVM & WALLISERVUM referendi sunt CHRISTOPHORVS SONNTAGIVS, in depulsione sex paroramatum, Augustanae Confessioni, eiusdemque apologiae, & articulis Smalcaldicis, impactorum. Altodri, anno 1699. 4. item in alia dissertat. inscripta: Ilex anti-symbolicus & obex orthodoxus, sive depulso errorum duodecim Augustanae Confessioni, caeterisque libris symbolicis falso imputatorum, ibid. 1703. 4. GOTTLÖB FRIDERICVS SELIGMANNVS, de auctoritate librorum symbolicorum non repudianda, Lipsiae 1706. 4. ROLLIVS, librorum Symbol. ab erroribus iisdem impactis Vindiciis, CLAVSINGIVS, (a) aliquie, quos commemorare vel laudare integri operis esset labor. Vtcumque sit, nullum huc usque in doctrina ipsa errorem, vel naeum, in symbolicis scriptis vere ostensum fuisse, per se liquidum immo exploratissimum arbitramur.

## §. XIII.

De pretio confessionis Augustanae legitimo constituedo ut iam tandem simus solliciti, ordo rei propositae, veluti iure

(a) Videantur eiusdem δυτύνηα libror. Eccles. Luth. Symbolicorum excussa. Addatur insuper TITII vindicatio Aug. Conf. vbi ab impactis ipsa ROBERTO Cardinale Bellarmino per summam iniuriam mendaciis eamdem peregrie vindicat.

23.

iure quodam a nobis requirere videtur. Sed vero vt rei sum-  
mam paucis tantummodo & tribus reuera nunc adtingamus,  
temporis ratio, ac pagellarum angustia vel inuitos nos cogit.  
Hocque magis, cum quae huc spectant, iam antea promte &  
largiter suppeditata sint, ex quibus quidnam hic sentiendum  
statuendumue sit, iudicatu, nostra opinione, facillimum erit.  
Reliquum est, vt iterum iterumque id serio moneamus, cauen-  
dum vtique omni modo esse; ne plus scilicet, sed nec mi-  
nus tamen Confessioni nostrae tribuamus. Etenim non tan-  
tum symboli nomen in Ecclesia meruit inter protestantes, sed  
etiam ad dignitatem plane singularem, & quasi cano-  
nicam euecta ac exaltata est. Vnde liquido satis conficitur,  
quum confessio ista sit totius euangelicae ecclesiae symbo-  
lum, quo genuina eius membra ab aliis sectis discernuntur,  
doctrinamque veram & scripturae exacte consentientem con-  
tineat; superstracta est enim solidis testimonis immotae, ac in verbo  
Dei expressae veritatis, quod encorium ei in praefat. Formulae Con-  
cordiae tribuitur; mereri eamdem omnino, vt non solum san-  
cte, ac religiose recipiatur, sed, quemadmodum CASPAR  
LÖSCHERVS, (a) alibi prodidit, ad sanguinem etiam, & mor-  
tem vsque defendatur contra aduersarios. Absit tamen, im-  
mo quam longissime a nobis absit, ac si tanti eam habeamus,  
vt de Paulli Apostoli doctrina potius, quam de eius integritate  
dubitandum esse censeamus; quod quidem nostris tribus calu-  
mniose olim exprobrabat IOANNES a LASCO in ep. ad Regem  
Polon. referente GILBERTO GENEBRARDO in chronogr. lib.  
IV. pag. 441. (b) Quin euangelicae & vere orthodoxae ecclesiae  
pietati officioq; magis conuenit, vt Symbola sacris litteris neu-  
tiquam aequiparemus, vt vniuersa potius his constantissime

Q.3

subii-

(a) Vide sis praeterita eius symbolica circa ordinem in libb. symb. occu-  
pata, S. I.

(b) Vide sis, quae ABRAH. SCVL TETVS quoque Annalium Euangeli decad. II.  
ad Annum 1530. p. 288. eam in sententiam, nec absimili forte ac dexte-  
ritate, profert: *Confessio Augustana tanto in pretio habita fuit a mul-  
tis, vt dixerint: male se de Pauli ipsius Apostoli, quam de Con-  
fessionis Augustanae doctrina dubitare.*

2

32

subiiciamus, eorumdemque dogmata ad verbum Dei, tamquam ad Lydium lapidem exigamus. „Nihilo secius, (a) ut „verbum Dei, tamquam immotam veritatem pro fundamento pos- „nimis, ita illa scripta, tamquam veritatis testes, & quae vna- „mem sinceramque maiorum nostrorum, qui in puriore doctrina con- „stantes permanere, sententiam complectantur, in medium produci- „mus. Tum omni contentione id agimus agemusque semper, vt nullo modo illa confessionis augustae auctoritas dignitasque vel friuole labefactetur, vel inique in discrimen adducatur. Itaque, quod religio etiam caelestis suadet, cum MELANCHTHONE serio certatimque ad extremum precari hortarieue pium ac iustum erit, quo piis mentibus hoc doctrinae corpus tueamur, & filium Dei oremus, qui protulit euangelium ex sinu aeterni patris, & est doctor & custos ecclesiae suae, vt ipse nos doceat, & gubernet, & Spiritu suo sancto copulet animos docen- tium, vt in ipso unum simus, nec dissidiis laedatur gloria Dei, nec turbetur inuocatio, sed semper inter nos colligat ecclesiam, cui in omni aeternitate suam sapientiam, iustitiam & lae- titiam impertiat. (b)

## T A N T V M.

(a) Tam aequum & conueniens symbolis hoc pretium statuit *Formula Concordiae*, in *solida declarat.* pag. 636.

(b) Diuina prorsus haec MELANCHTHONIS Oratio ex loco, paullo ante citato, desumpta est, qua & is aliquando in re non multa diuersa dicendi finem fecit.

## CORRIGENDA:

Pag. 1. lin. 12. leg. *Christo*. pag. 8. lin. 6. *yidebantur*. p. 16. in not. l. 3. *yngnios*. p. 19. in not. lin. 2. *ayrios*. p. 20. l. 2. a fine l. *iustificatos* p. 33. l. 8. a f. leg. *luculentius*. p. 37 l. 16. leg. *latine* p. 38. lin. 26. l. *ditionibus*. p. 41. lin. 3. *vis* deleatur. ibid. lin. 9. l. *calumniantum*. p. 42. l. 25. l. *Deputirten*. ibid. lin. 3. a fine pro dicta l. *dituta*. p. 48. l. 10. *prae* deleat. p. 49. l. 4. leg. *acepit*. p. 54. l. 7. pro namque leg. *neque*. p. 61. l. 19. l. *duriorem*. ibid. l. 8. a fine. l. *ipsimet*. ibid. lin. seq. leg. *ob- securitatis*. p. 62. l. 6. pro fratribus leg. *statuum*. p. 63. in not. lin. 1. pro contemneret l. *contendere*.

D. HENR.

D. HENRICI MVHLII,  
P R A E S I D I S ,  
*ad praestantissimum clarissimumque Virum,*  
**M. IOANNEM FABRI,**  
DE INSIGNI AVGUSTANA CONFESSORIS INTER  
PROTESTANTES AVCTORITATE  
pereleganter docteque differentem,  
AD LOC V TIO.

23.

2

**R**em te dignam suscepisti, *clarissime Vir,* dum omni industria contentioneque id nunc agis, quod ad Augustanae, quae dicitur, Confessoris auctoritatem confirmandam, dignitatemque corroborandam valde et euehendam, haud parum commodi atque utilitatis possit adferre. Quod institutum sane magnopere expedit, laudisque plenum est, & cum animi religioni, tum temporis quoque rationi apprime congruit. Etenim quam gnaua solersque summa ope passim certatimque huc usque fuerit Ecclesia, in memoria eiusdem reuerenter & sancte renouanda, solemniterque subilaea etiam festiuitate pro merito celebranda, sat superque notum omnibus atque exploratum esse arbitrer. Neque ignorat profecto diuinior coetus, quanti ponderis momentique sanctissimum istud depositum habendum, quoque pretio ac honore apud sinceros germanosque diuinae veritatis propugnatores ac vindices aestimandum. Evidem illud arcte tenet accurateque defendit, maximam perfectamque omnibus numeris dignitatem, velut peculiarem ac facile propriam, verbo diuinitus inspirato vnicce competere, et tantummodo scripturis canonice, ut cum *Augustino* loquamur, banc ingenuam deberi seruitutem, qua eas solas ita sequamur, ut conscriptores earum nihil in eis omnino errasse, nihil fallaciter posuisse, non dubitemus. Quin nec aliud principium, vel fundatum firmum atque stabile agnoscit, quam solam illam scripturam Canonicam, unde velut ex limpidissimo fonte pura ac sancta doctrina tota haurienda & deriuanda, quoque clypeo ac praesidio maxime tutanda ac communienda, immo & aduersus aliorum degeneres perditosque insultus feliciter adserenda. Atque haec quoque causa est, quod *Confessio-*

*nem*

4.

32

nem Augustanam tantopere suspiciendam ac venerandam  
putet; non quod Augustana est, & a tantis Theologis, ma-  
gnis religionis nostrae interpretibus & instauratoribus con-  
scripta, inque memorabili isto confessu maximo Imperatori  
Carolo V exhibita, sed quia & quatenus cum scriptura velut  
*vnica & certissima norma ac regula, secundum quam omnia dogma-*  
*ta omnesque Doctores aestimari & iudicari oportet*, exakte vbiuis  
consentit, et in diuinis istis tabulis, quasi validis columnis in-  
nixa, solidissime fulcitur.

7.  
Tantum itaque abest, vt pari aequoue iure cum litteris  
hisce diuinis earumque auctoritate censemdam esse temere  
licenterque iudicet, & si quid ob exquisitam illam excellen-  
tiam praestantiamque, qua singulari quodam DEI munere  
eminet, vel *Θεοπνευστις*, vel diuinitatis alicuius vltro liben-  
terque attribuat, eodem modo graduque cum scripturae fa-  
stigio aestimandam imprudentissime credat. Quin potius  
verissime persuasum habet, ab hisce omnibus recte pariter ac  
circumspecte abstinentum, quibus Scripturae dignitas immi-  
nui vel labefactari aliqua ratione videtur. Atque id serio  
sane sentit ac constanter, eoque enixius immanem istam at-  
que improbam calumniam, diuiniori nempe codici Augu-  
stanam formulam non aequiparari tantum, sed multo pre-  
ferri apud nostrates, summopere detestatur. Quo ipso ini-  
quissimo sane telo iam olim *Andream Fabricium, Raemundum,*  
aliosque huius furfuris homines, eosdem illiberaliter admo-  
dum petiisse, ex pluribus nec fallentibus documentis abunde  
liquet. Et valde subit mirari, tam pudendum commentum  
velut recoquendum *Abrahamum Sculetum* sibi sumfisse, & foed-  
am istam criminacionem, Annalium suorum Decadi II ad  
annum MDXXX lui plane oblitem exprobrandique animo  
intexuisse: Scilicet multos apud nos peruerso adeo prauoque  
ingenio esse, vt de *Pauli ipsius Apostoli, quam de Confessionis Augu-*  
*stanae doctrina malint dubitare.*

Ac si qui huic culpae adfinis in coetu forte nostro de-  
prehendantur, horum vesanam turpemque audaciam viri-  
bus omnibus reprehendendam gnauiquerque corrigendam es-  
se statuimus ipsis, penitusque auersamur. Immo & pari fer-  
me studio ac contentione refugimus illos, planeque & omni-  
no explodimus, qui hoc agunt ac cogitant, vt diuina & hu-  
mana

manā prorsus paria faciant, & saepius intempestiue ac praepostere hunc inuertant ordinem, vt non tam ex sanctioribus litteris, quam ex Ecclesiae Symbolis tutelam praesidiumque petant veritatis, adeo vt ipsius etiam Scripturae interpretandae normam hinc exstruant, omnemque causae fiduciam in riulis potius, quam in fontibus, vnde funduntur & manant, repositam habeant. Id vero eiusmodi est, vt nec dignum decorumque sit, quin in sanctissimum DEI verbum summopere iniurium. Atque cum hoc ipsum, in quo nititur maxime doctrinae integritas, pro canone vnice ac immota coelestis veritatis regula aestimandum & amplectendum sit; eo minus dubitandum, si quis hunc canonem ad nouam exigit perpenditque mensuram, eum profecto caninem non amplius pro canone agnoscere, ipsiusque honori minimum ac decori valde detrahere.

Summatim dicam; sacrorum librorum diuinam atque incomparabilem istam auctoritatem saluam illibatamque omni ex parte volumus, quae nullis profecto Symbolis, siue vniuersalia, siue particularia sint, immo nec ipsi Apostolico, perapte competit. At scriptis vero humanis, atque errandi periculo extra controversiam obnoxisi, sigillatimque Augustanae professioni humanam etiam deberi existimationem, id sane quam est perspicuum, neque eget argumentis; cum omnes sciamus, humana vtique opera studioque eandem consignatam esse, hincque stylum, ordinem, aliaque, quae hoc spectant, perinde ac formam accepisse. Sed enim, cum & coelestes veritates & ab origine diuina ipsiusque sanctioris Spiritus adflatu profectas, velut rem ac materiam, quam verbum Θεοπνευσον vi ac numine quoque diuino nutuque prouido suppeditauit, apertissime complectatur; quidni hanc Confessionis nostrae auctoritatem non totam aut mere humanam, sed isthac multo maiorem, adeoque diuino-humanam iuste legitimeque nuncupare in expedito sit. Eaque grauissima etiam causa est, non Symbololatricus quidam, vt loquuntur, planeque immoderatus ac prauus affectus, cur hanc ipsam tamque insignem dignitatem, cui maximum insuper decus roburque ex consensu approbationeque publica, & vniuersae, qua meliorum ea partium est, Ecclesiae receptione accessit, hec negligi, nec clam palamue conuelli, nedum per-

quis adeo conuitiis turpiter proscindi ac infamari patiamur.  
Quo magis sane dolendum in ipso etiam purioris coetus gremio,  
vt extraneos sileamus, inueniri omnino, qui prorsus  
infelici nisu, animoque degeneri ac infenso, tam caram pre-  
tiosamque nobis pupillam quoquo modo lacerandi ac arro-  
dendi, quin infestissime adgrediendi nihil operae studiique  
omittant. Et quis tam imperitus ac rudis est, vt Arholdinas  
istas & adseclarum naenias vel ineptias ignoret, quibus id  
curae praecipue est, vt hostilem illum animum passim & sub-  
inde gnauiter ostendant, & in hoc quasi mustaceo nescio  
quam laureolam aude querant; certe tam Augustam πα-  
ραθύνη pro re nihili ferme putent, nec maioris, quam secta-  
riam quandam, vt aiunt, professionem, sectis nempe fouen-  
dis prouehendisque oppido idoneam, omnino iudicandam.  
Forte vt eo procluius variis appetere & *consectari* eandem  
iniuriis ac criminatibus impune liceat. Quod & impen-  
sius nos moueat incitetur, vt tam sancte fundatam ac fir-  
matam Confessionem recte tuendi, eiusque dignitatem in-  
tegritatemque diligentissime adserendi eo flagrantior cupi-  
ditas sit; quo pessimis istiusmodi consiliis ac conatibus, qui  
hodie dum se passim aperiunt, lacertosque mouent, felicius  
aptiusque occurritur.

Nec errauerim, si eo valere quoque hanc tesseram haud  
nequitquam putauerim, vt, dum prava ac corrupta a sanis ac  
veris separantur atque disiunguntur, effrenatae iuxta com-  
pescantur arceanturque turbandi libidines. Et quid prohibet,  
quin eandem bene subducta ratione non tam intelle-  
ctus normam, qualis vnicia, si stricte accurateque loquamur,  
scriptura est, *perfectus ille Canon, sibique*, Vincentio Lirinensi di-  
cente, *ad omnia satis superque sufficiens*, quam pruae voluntatis  
moltionisque obicem, & recte & vere nuncupemus; quo  
publica nimur Ecclesiae doctrina quasi custodia muniatur,  
semperque protegatur, tum et prauis opinionibus ac corru-  
ptelis inuehendis, via atque occasio prudentissime obstrua-  
tur. Hoc itaque pacto, quidquid vel veteres haereses post-  
liminio in Ecclesiam reuocat, vel adulatur Papismo, vel Fa-  
naticum et Anabaptisticum est, vel vere, nec per nouam ac  
musteam confictionem, Chiliaesticum, aut Sacramentarium,   
quos vocant, Indifferentistarum, sic dictorum Neo-Euānge-  
listarum,

listarum, aliorumque, qui nostra etiam aetate ac seculo vehementer adfligunt diuiniorem coetum, peste ac labo infestum, hinc facessere procul, & Anticyras nauigare, resque suas sibi habere serio iubet. Idque ne pestiferis huiusmodi adseritis ac hypothesibus noxiis misere perturbetur ager Domini, hisque inanibus paleis ac succrescentibus herbis, quae venenum tegunt, vndeque contaminetur,

interque nitentia culta

Infelix lolium, & steriles dominantur aenae?

Scilicet DEI vinea Ecclesia est, colenda assidue & curanda, quaque aggere cingenda, ne libere audacterque ingruant, qui subuertant potius ac foedent omnia, perniciemque maximum adferant. Quocirca pro misero temporum statu, et ne seculi inualescens illa licentia serpat latius, quae flammæ profecto similis est, ac patefacto aditu liberius erumpit, multo maior vtique necessitas, quin sanctior augustissimæ Confessionis auctoritas indubie censenda erit, ne ea, veluti sepimento obiceque opposito, perfracta planeque rescissa, ferarum sordidarumque suum irruptioni ad polluendum ac conculcandum fructuosissimum istum DEI hortum latissima porta aditusque aperiatur. Quod nec conniuendo sane fieri patiamur, idque operam nauemus sedulo, vt Palladium hocce inestimabile omni ex parte tutum ac inuolatum illae sumque praestetur; immo & viribus omnibus, quidquid noxae ac detrimento esse possit, & vnde vel leuem plagam sibi inflamat sentiat, diligentissime auertatur.

Atque haec cum ita sint, nemo unus, opinor, qui rem penitus scrutetur, inficiabitur facile, & ingenue nobiscum confitebitur, vel eo nomine maximi semper faciendam iam semel iterumque et saepius commemoratam purioris coetus professionem, & suis, quibus decet, meritis una mente et uno consilio aetimandati. Hincque est, quod eo confidentius quoque consultum ducimus, talem in dijudicando isthoc negotio inire rationem, ne iusti ac decori limites hic transiliamus, sed media incedamus via, nec plus, quam fas aut par est, & Symbolorum conditionem ac sortem vere excedit, nec minus, quam oportet, ipsiusque Ecclesiae commodum efflagitat, Augustano nostro Symbolo attribuamus. Et haec sane iustissima etiam cautio est, & prudentiae regulis subnixa, vt vtrumque, & nimium profusum-

303

que

23.

2

32

DFG

que quasi cultum, & contemsum pariter decore & sapienter fugiamus, adeoque duo haecce extrema, quae forsan nostris etiamnum obiici queant, nunquam non velut infames scopulos studiosissime deuitemus. Denique & illud animo cogitemus, ut quantumuis *avaria* *grietas*, & ab omni prolapsione plane immunes haud faciamus Augustani scripti conditores, si qui naeui ac errores in rebus secundariis, atque ad doctrinam ipsam nequaquam pertinentibus, *accidentalia* vocant Theologi, quod nolumus diffiteri, hic illic commissi sint, ne tamacer beato[n]temus, aut virgulam nobis parum verecunde sumamus, vel intempestive etiam cumulemus singulamusque lapsus, ubi plane non extant, quin nec causam reprehensionis ex iis eliciamus, quae perapte satis excusari vindicariue haud difficulter possint. Proindeque & eo minus ambigamus, parum caute ac improuide id quoque fieri, si ad erronea, aut incommode ac humanitus adeo prolata, *interspersa* nonnulli malunt appellare, reuocentur pariter ea, quae cum communi Ecclesiae voce potius conciliari, quam ab eadem, maxime si praecognitae opinioni aduersa videantur, velut aliena diuelli, iustum atque aequum magis esset. Et quis negauerit, ne qua in praecipitia istiusmodi deducamur, perutile oppido, immo necesse esse, multumque iuuare, vt inter *duos* *eta*, quaque ancipites incertosque nos tenent, & paroramenta manifesta, nec insicianda, probe studioseque discernamus, ne vel ex levicula quadam nota, vel plane adhuc dubia ac impedita, labes indigne adfricetur Confessioni, eoque de honore ac auctoritate eiusdem permultum simul detrahatur ac diminuatur. Quam tamen sartam, tectam, integram quoquo modo tueri, & ab omni odio ac contemtu enixe grauitque defendere, suprema vere Orthodoxi prudentisque Theologi lex ac regula prorsus immota stabilisque permaneat.

Atque haec quidem firma mea mens est, sibique semper constans, de Confessionis nostrae auctoritate pro merito suo maximi semper habenda; & quod de Symbolo Nicaeno Theodoreus olim dixit, ad Augustanum percommode sciteque quadrare haud vane nec temere statuo: *In iis permanere nos sinas, quae a Maioribus definita & sancta sunt, quos magno ingenio & prudentia metu πνεύματος αγίοις omnia egisse non dubitamus.* Neque ab hac sententia Temet alienum esse, & apprime con-

cep

¶

sentire, clarissime FABRI, ex pereleganti ac elimata tua com-  
mentatione, in qua causas rationesque Symbolorum erudite  
explicas, speciatimque ex hac ipsa disquisitione, quam sub meo  
nunc Praesidio, quale officium Tibi denegare religio mihi  
fuit, publicae in cathedra nostra ventilationi propitio fatō  
exponis, abunde compertum satisque perspectum habeo. Vbi  
Confessionis nempe Augustanae honorem atque auctorita-  
tem inter Protestantes eminentem maximeque efflorescen-  
tem singulari quoque industria adseris, nec quidquam, quod  
ad ornandum illustrandumque hocce argumentum perop-  
portune facit, praetermittis. Praecipue in id operam cu-  
ramque intendis, vt, quidquid tenebras eiusdem nitorī posset  
offundere, luculente & praeclare discutias, nihilque admittas,  
quo pristina auctoritas ab iniquis ac maleferiatis existimato-  
ribus impune laedatur, vel penitus euertatur. Siquidem  
eiusmodi licentiam & libidinem non modo non ferendam,  
sed etiam summa animi contentione reprimendam esse cen-  
seor. Et vt in tuto magis collocares, remque securius expe-  
dires, nec viam insisteres decluem & lubricam, id summo-  
pere agendum erat, eoque nitendum, vt tam insigni purioris  
coetus deposito, & nouissime Iubilaea festiuitate pie solenni-  
terque vbiique celebrato, iustum pariter ac legitimum pre-  
tium, & quale pro merito debetur, recte ac gnauiter consti-  
tueres. Quod in eo vtique positum, ne maius aliquid, quam  
debet ac congruum, eidem attribuatur, nec plus, quam ae-  
quum iustumque est, maximo etiam Ecclesiae damno, impu-  
dentissime detrahatur. Quidni igitur iure optimo collau-  
dandus, nec vulgariter commendandus sit haud perfuncto-  
rius ille labor tuus, specimenque doctrinae per pulcrum, quo  
opes copiasque eiusdem cumulatissimas ostendis ac praebes.  
Idque non fallaci indicio, satisque euidenti documento,  
quantum ex celeberrimi BVDDEI scholis, nec proletariis scri-  
ptis profeceris, cuius nomen meritaque & multa & digna sunt,  
vt omni seculorum memoria florent, meritoque celebren-  
tur; quique egregio nec inani elogio iam ante octennium ex  
illustri Salana Te noluit discedere. Grauis itaque solidaque  
causa Tibi est, praestantissime Dne Respondens, quamobrem hu-  
ius sine controversia maximi Theologi optima vestigia pre-  
menda ac sequenda assidue putas. Quippe cuius in omni

eru-

23.


2

32

eruditio[n]e decus insigniter admodum emituit, & summa non modo exquisitissimaque doctrina, sed et moribus rectissimis probatissimisque, ac nulla certe malevolentia suffusis, Auditoribus suis eximie praeluxit, immo & pro Euangelica veritate velut in acie miles strenue semper stetit. Haec vero illa ipsa est, quae eo nimirum tempore, quo in Augustanis Comitiis Confessio exhibita, in summo quasi fastigio consistebat, adeoque non tam auroram, vel initia ac tyrocinia renascens Euangelii, quam plenam lucem plenoque iubare exsplendescensem, quod nec ipsi hostes tum inficiari ausi sunt, communi omnium bono ostendebat. Hincque expedita satis ratio est, cur cum toti perpolito operi tuo, tum huic pariter academicae dissertationi ad Confessionis auctoritatem firmandam, eiusque veritatem, non quasi ex tenebris emer- gentem, sed plenissimo perfectoque iam tum splendore ef- fulgentem, indicandam, nomen titulumque ipsius SOLSTITIUM perapposite praescripseris. Etenim totum Reformationis atque emendandae doctrinae negotium per omnes ferme par- tes DEI nutu prouidentiaque perfecerat LVTHERVS; cui publi- ca confessio veluti splendidissima lucidissima corona im- posita. Age itaque, clarissime FABRI, proque eadem nitere ac persta firmiter, in qua sat valida veritatis Euangelicae praefidia, tum pax Ecclesiae & tranquillitas ipsa quasi neruis ar- tubusque continentur. Quin inimico pietatem iuxta arctissi- mo cum eadem nexu coniunctam, eamque non in labris sed in animo infixam, rebus factisque solerter ostende. Id age, in- quam, coque porro contende strenue, ut tam necessario & numquam diuellendo in frugi Theologis diuiniorisque studii cultoribus connubio, quo nihil antiquius esse debet, Viros summos, & in rerum quoque fastigio positos, Patronos Tibi benigneque admodum fauentes reddas, tum & fructus indu- striae vberriimos, Teque dignos ac publice yiles omnino fe- ras. Hoc vt Numine propitio eueniat, prospereque ac feliciter omnia ex animi sententia succedant, reique cum sacrae tum litterariae quoque bono, enixe diligenterque Tibi opto, pro- que mea in Te voluntate vltro libenterque, ac sincere voueo.

Kiliae, ex Museo, ad diem XXVII Martii,

A. c. lccc xxxi.






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn86192220/phys\\_0073](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86192220/phys_0073)

DFG









## DEI AC FIDELITATIS.

17

n hominum, nec considerari soleat, hanc nino, non vero istam, seu istius sensum, obimæ bonoruin gratiæ applicationi. Et confundi solet *indignitas* cum *incapacitate*, digkeit mit der Unfähigkeit: cum tamen imus capaciōres, quo major est ille indi- sus, qui e sensu paupertatis spiritualis ex- cum natura nostra pro inordinato nostri mercenaria, id arcano etiam nisu agens, ut in- tio propria merita exstruat, eo alienior illa & ad plicatione gratiæ, quo magis inconsul- emperato, indignitatis sensu terretur. Huic etatis extremo medetur *fides*, ita ut *fidi- lity* ac formam induat euangelicam, eamque facillimam, sic promptissimam quoque.

commune est alterum genuinæ renova-  
num, quod vana securitas habet in defe-  
sis.<sup>1</sup> Hic enim per indignissimum evangelii  
tia ac libertas evangelica vertitur in licen-  
andoquidem corrupta natura gratiæ simia-  
tantum regenitæ mentis sunt, sibi tribu-  
ratione fieri solet, ut, quando iste securi-  
affectus in habitum statumque fixum de-  
mo gratiæ statu, per affectum istum jam  
o ac debilitato, plane excidat, reditu ad  
abrum sic facto, secundum illud 2. Pet. II,  
Summe itaque necessaria hic est ea *fidi-*  
*quæ fiduciam servet intemeratam & reti-*  
*uilibrio.*

C

PRO-